









1718.

- 10<sup>1</sup>, 2<sup>o</sup> Bochmerus, Iohes Henningius: *De probatis reprobationum causis* 2*Saenpl* 1718, 2<sup>o</sup> 1736.
- 11<sup>1</sup>, 2<sup>o</sup> Bochmerus, Iohes Henningius: *De officiis malorum intercessione*. 2*Saenpl*
- 11<sup>2</sup> Bochmerus, Iohes Henningius: *De officiis malorum intercessione* 1736.
- 12<sup>2</sup> Bochmerus, Iohes Henningius: *Efficaciam pactorum exoneravit. illustrium contra tertium* . . . *exoneravit*
- 12<sup>6</sup>, 2<sup>o</sup> Schell, Michaelum Gottfried, F. B. M.: *De officia pactorum i. illustrium contra tertium* 2*Saenpl* 1718, 2<sup>o</sup> 1737.
- 13<sup>1</sup>, 6<sup>o</sup> Danckelmann et Baugn, Charles Augustus, Lib. de: *De pactis et mandatis principis captivi*. 3*Saenpl* 1718, 2<sup>o</sup> 1741.
- 14<sup>1</sup>, 2<sup>o</sup> Glaply, Iosephus Tristianus: *De iure praecedentiae femininarum et 1. 8 ff. De Senatoribus*. 2*Saenpl* 1718, 2<sup>o</sup> 1740
15. Götsche, Anders: *De eo, quod justum est circa reportationem in matrimonii & legum consanguinitatis vel affinitatis iure bonis prohibitum*.

16<sup>4</sup><sup>st</sup>  
= Guntzgrius, Nicolaus Hieronymus: In nobilitet ventur?  
2 Graph

16<sup>5</sup>  
= Guntzgrius, Nicolaus Hieronymus: In nobilitet ventur?  
v. vnm Kneket. Meyer n. W. L. Ed. nov. 1737.

DISSERTATIO IN UNIVERSITATE VITERBICA  
PROTOMAGISTERIUM  
PROTESTANTIVM  
CIVICVM  
SOLERNIA MAGISTRIVM  
IN ECCLESIA STADTICIA  
IN AEGIA IMPERIANA  
IN CIVITATIBVS IURISCONSULTORVM ORDINIS  
HABENDVM  
DANIEL HENNING BOEMER, ICED  
PROLATIS REGEN PORVSS  
PROGENIE PROGENIE  
DANIEL HENNING BOEMER  
PROLATIS REGEN PORVSS  
PROGENIE PROGENIE



157 *Georgius Hartmannus* *De rebus medicis*  
158 *Georgius Hartmannus*

159 *Georgius Hartmannus* *De rebus medicis*  
160 *Georgius Hartmannus* *De rebus medicis*

4265

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS IVRIDICA,  
DE  
I V R E 1718 96  
**PRINCIPVM**  
**PROTESTANTIVM**  
CIRCA 2  
**SOLENNIA MATRIMO-**  
**NII ECCLESIASTICA,**

QVAM  
IN REGIA FRIDERICIANA  
INDVLTV  
INCLYTI IVRIS CONSULTORVM ORDINIS  
PRAE SIDE  
DN. IVST. HENNING. BÖHMER,  
ICTO COM. PALAT. CÆS. POTENTISS. REGI PORVSS.  
A CONSIL. AVL. PROFESS. IVRIS ORDIN.  
ET H. T. DECANO,

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN VTROQUE IVRE CAPESSENDI  
HONORES

IN AUDITORIO MAIORI  
H. L. C.

DIE XXX. AVG. A. MDCC XVIII.  
publico examini subiicit

DANIEL BENIAMIN HARTZMANN,  
LVCKENW. MAGD.  
ADVOC. IMMATTR.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
Typis CHRISTIANI HENCKELIJ, Acad. Typ.





DISSENTATIO IN AVGURALIS IURIDICA  
IVRE PRINCIPVM PROTE-  
STANTIVM CIRCA SOLENNIA  
MATRIMONII ECCLESIA-  
STICA.

§. I.

Onsensum facere matrimonii-  
uni, non concubitum, tristitium est IC-  
torum assertum, in rei veritate & recta ratione omnino fundatum. Est enim matrimonium societas admodum arctissima & indiuidua, quæ nec inuitis obtrudi, nec inter reluctantes subsistere potest; imo sicuti in omni societate ipsa constitu-  
tio a fine discerni debet, ita, ut hic primum quidem sit in intentione, ultimum vero in executione; ita pariter matrimonia pro fine quidem habent coniunctionem corporum, procreandæ sobolis gratia instituendam; magis tamen hæc ad executionem matrimonii iam contracti pertinet, mutuus autem consensus in hanc arctissimam conjunctionem ipsum constituit matrimonium. Satis notanter in SYNODO EXONIENSIS A.D. 1287. celebrata Art. VII. apud HARDVINVM tom. VII. Concil. p. 1082. Patres edixere: matrimonium per sponsalia de futuro initiator,

A  
per-

*per mutuum consensum de presenti ratificatur; per carnalem copulam consummatur.*

*publica tam  
en declaran  
tio in statu  
civili insu  
per desidera  
tur.*

§. II. Magna tamen constituenda est diuersitas, vtrum matrimonium contrahatur in statu naturali, an civili? In illo praeter mutuum consensum ius naturæ nihil exigit, nisi quod contrahentes, vel ex decoro seculi, vel spontanea voluntate, admittere volunt: in hoc non adeo in solo consensu priuatim edito subsistendum, sed præterea necesse est, vt publica & solennis quedam declaratio accedat, quo omnibus in societate civili innotescat, matrimonium inter cohabitantes esse contractum, & omnis vagæ libidinis suspicio evitetur. HVBER de iur. civit. lib. 2. s. 1. c. 3. §. 18. 19. Interest utique Reipublicæ, vt, sicuti in aliis leuioribus negotiis, ita multo magis in *bac ardua causa*, ordo quidam obseruetur, familiarum, quarum certitudo ex huiusmodi matrimonii pendet, integratis quovis modo sarta recta habeatur, proles parentes suos agnoscent, a quibus in spem patræ & salutem publicam educentur, & ita magis publica quam priuata auctoritate hæc societas domestica constituantur. Infinita essent metuendi incommoda ex clandestinis quibuscumque coniunctionibus, hominibus maxime ad infinita vita & inordinatas vias tendentibus: facile maritus, vxoris sue pertesus, vinculum matrimonii negare, uxoremque expellere posset, quam clandestino consentu sibi iunxerat; incerta denique futura essent alia plura iura, quæ ex matrimonio in statum ciuilis redundant. Inde publica salus postulat, desiderat, præcipit, vt consensus matrimonialis publice edatur, & forma quedam ineundorum matrimoniorum a legislatibus proportione status prescribatur.

*quod mori  
bus gentium  
desideratur.* §. III. Quodsi per mores gentium eundum foret, facile ostendi posset, in rebus publicis bene constitutis, non sine solennibus publicis matrimonia suisse initia, & multa cum festiuitate celebrata. Romanos sui peculiaria solennia nuptiarum habuisse in confessio est, que BRISSONIVS & HOTTO MANVS vs peculiariis tractatibus explicant, & strictim SELDENVS in tr. de uxore ebræa lib. II. c. 20. & III. Dn. THOMAS. ad tit. Inf. de

de nuptiis illustrant, variisque antiquitatum monumentis exornant, quamvis haec paulatim adeo consenuisse videantur, ut tempore IUSTINIANON indistincta publica quedam declaratio desiderata fuerit, ut infra ostendam. Græcorum mores in nuptiis solenniter contrahendis referunt IO. PHIL. PFEIFFER lib. IV. antiquit. græcar. c. 14. & seqq. vt & IO. GVIEL. STVCK lib. antiquit. convivial. c. 24. p. m. 109. vbi & epulas nupiales Tigurinorum resert. Indæorum solennia in sponsalibus & nuptiis usitata itidem fuerunt admodum singularia, quæ ex professo explicuit decus Angliae, SELDEN. in cit. tr. de uxore ebreæ; stirps vero STVCK. cit. l. p. 105. & seqq. & BASNAGE dans l' histoire de lais. tom. 6. p. 1. Lib. 6. c. 22. Habuere etiam antiqui Germani sua peculiaria instituta in nuptiis rite celebrandis, de quibus agit PAUL. HACENBERG in Germania media diff. V. conf etiam HERTIVS in noritia vet. Franc. regni c. 3. §. 3. & infinitum foret, si quarumcunque aliarum gentium mores vbiuis obuios colligere vellemus, qui omnes huc collinant, ut veritatem asserti nostri vberimne demonstrent.

§. IV. Quæ cum ita sint, non adeo mirandum est, etiam Christianos sub ipsis nascentis ecclesiæ primordiis quedam solennia admisisse non tantum, sed etiam constituisse, quo omnina ordine & decenter inter eos peragerentur. Collecti erant tum ex Iudeis, tum ex Gentilibus, &, quia in statu ciuili viuebant, nec legibus nuptialibus soluti, admodum probabile est, eos se composuisse ad ritus publice receptos, quatenus a superstitione gentili alieni erant, & innoxii videbantur. Observat id ipsum SELDEN. Liber II. de uxore ebreæ c. 24. &, postquam, ait, iam a Gentibus aliquot, quam a Iudeis Christianismus receptus est, utravcumque mores, ut ipsi, inuicem sunt commissi, partim mores rituque Iudaici, partim paganici, quotquot cultui Christiano non errando refrigerarentur, ut in aliis, sic in re matrimoniali, variatim admissi. Addit: Iure Romano ferre passim usas fuere gentes, in quibus Christiani sunt reperti. Adeoque non existimandum est, illos ita prorsus abhorruisse ab yisu huius juris, ut solennia ciuilia, quibus matrimonium

Christiani  
primeui  
quedam so-  
lemnità reis-  
nuere in sta-  
tu civili &  
inter iudeos  
recepia.

declaratur, plane respuerint, id quod ne quidem ut subditi, vt ciues, facere potuerunt. Erant coronæ in nuptiis iudæorum & paganorum vstatæ: his quoque Christianos vsos fuisse adhuc tempore TERTULLIANI, IPSE *intr. de corona*c.13. docet, simulque ex præconcepta quadam opinione hunc morem damnat, his verbis: *coronant & nuptia sponso*: ideo non nubamus ethnici, ne nos ad idolatriam usque deducant, a qua a pud illos ineptiæ incipiunt. Habet legem a Patriarchis quidem, habet Apostolum, in domino nubere jubentem. Interim hic Iesus contra coronas intempestiuas SEPTIMII, earum usum non sustulit, sed hic potius per plura secula continuauit. Vt ebanturn præterea Romani publica *deductione in dominum*, sicuti iudeis vstatæ erat *deductio in thalamum*, quos ritus salua fide, vt testimonium publicum legitime contracti matrimonii, reieceris tamen alijs idolatriæ ritibus, adhibere potuerunt, quibus usus coronarum, annuli, aliorumque solennium coniunctus erat. Sicuti vero gentiles & iudei non sine auspiciis & sacris initienda esse matrimonia crediderunt, ita Christiani quoque hunc pius morem, suo ritu peragendum, secuti sunt, & quod Apostolus docuit, *in domino esse matrimonium in euidum*, obseruarunt. Hac de causa paulatim instituta quedam ecclesiastica inter Christianos sunt recepta, ab initio quidem simplicissima; paulatim admodum aucta, & ad matrimonii legitime contracti publica documenta relata; que tamen ubique non eandem rationem habuerunt.

*Hinc solennia Christianorum erant vel civilia, vel ecclesiastica.*

§. V. Hoc rerum statu solennia matrimonii duplicita erant: *civilia & ecclesiastica*, seu *sacra*. Illa ex ciuilibus legibus retenta erunt, quatenus salua fide obseruari poterant, quorsum etiam alia iura, per tabulas dotales determinari solita, pertinebant. Hæc inter Christianos priuato pacto erant recepta, vel moribus passim constituta, que tamen in tribus prioribus seculis ad forum externum non penetrarunt, sed priuatam tantum praxin inter Christianos habuerunt, adeo, vt, his vel maxime omisis, legitimum tamen matrimonium fuerit. Hæc quippe erat conditio Christianorum per illa tempora, ut quia op-

oppressi & religionis causa a republica prorsus derelicti erant, propriam quandam disciplinam sibi met prescribere coacti fuerint. Hanc qui non obseruabat, indignationem & censuras ecclesiasticas quidem incurrebat, effectus tamen ciuiles huius omissionis in foro externo haud habebat. Imo quanvis postea Seculo IV. Imperatores Christo nomen dederint, & instituta ecclesiastica antiqua maiorem acceperint efficaciam, non tam statim ita ad foro ciuilia penetrarunt, vt secundum illa negotia publica estimata fuerint. Matrimonium certe eo tempore, imo adhuc IVSTINIANI tuo, negotiis ciuilibus annumeratum fuit, & de eo secundum leges ciuiles iudicatum, adeo, vt ne quidem ante LEONIS, philosophi, tempora, ecclesiastica instituta & solemnia legibus publicis prescripta subditisque iniuncta fuerint: quod indicium luculentum praebet, alterius iudicasse foro ciuili de matrimonio, aliter ecclesiam, seu episcopos, quorum custodie haec sacra solemnia cum aliis commissa erant. Collineat hoc PETRVS de MARCA de C. S. & I. lib. II. c. XI. §. 3. &, plurima, ait, princeps ille (IVSTINIANVS) constituit que dirimunt Christianorum matrimonia, sed pars illa iuris tunc erat penes principes, sine villa controverfa, ut docet BELLARMINVS. Nihil itaque amplius his relictum, quam vt, negligentibus ritus sacros in matrimonio, paenitentiam ecclesiasticam, vel abstentionem ad tempus iniungerent; non vero, vt matrimonium tale fine solennitate ecclesiastica contratum, annullarent. Hoc disserimen adhuc *ao. 1287. SYNODES EXONIENSIS art. VII.*, apud HARDVINVM tom. VII. concil. p. 1082. obseruavit, vbi haec habentur: *Licet per legitimam viri & mulieris consensum legitima matrimonia contrahantur; quantum ad Ecclesiam necessaria sunt verba vel signa consensum exprimentia de praesenti.* Ex quo manifeste liquet, quod sine autoritate ecclesie, cuius iudicio approbadus vel reprobandus est contractus, non sunt matrimonia contrabenda; quanquam alias contracta propter hoc minime dissoluantur. Plures praterea patres idem docuerunt, & simpliciter consensui, quomodo cumque declarato, vim matrimonii attribuerunt, si vel maxime solennitas ecclesia-

hastica ei haut accesserit, quod ex iure Romano retentum, quo  
hæc solennia ecclesiastica haud fuerunt considerata, sed sola affe-  
ctio maritalis, nuptialibus tabulis declarata, sufficiens documen-  
tum publicum constitutere poterat, vid. §. ult. *Inst. de nupt.* & §. 2.  
*Inst. de hered.* que ab intest. defer. ibi: postea vero, affectione proce-  
derente, etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit. At postquam le-  
gibus publicis hæc solennia ecclesiastica præscripta, sine dubio  
maiorem efficaciam ad constituentem legitimum matrimoniu-  
m acceperunt, id quod ex infra dicendis apparebit. Deniq; ex  
hac obseruatione quoque origo distinctionis inter matrimoniu-  
m legitimum & ratum insignem accipit lucem, qua Canonistæ  
sepius vtuntur. Vocant enim matrimonium *legitimum*, quod  
iuxta leges ciuiles est contraclum, & inter infideles quoque  
obtinet per c. 7. & 8. *X de diuort.* *Ratum* vero, quod ab ecclesia  
confirmator & ratum habitum est, accipitque coniugii sacra-  
mentum, quod vnicæ fidelibus tribuunt. Inde illud negotium  
mere seculare; hoc vero *spirituale* & ecclesiasticum esse con-  
stituerunt, & tandem, introductis his solennibus ecclesiasticis,  
rem eo perduxerunt, vt de hoc non alibi, quam in foris eccl-  
esiasticis, & a solis clericis judicaretur, & matrimonium Chri-  
stianorum, eiae heilæ *the*, vocaretur.

*et matrimo-  
nium vel le-  
gitimum  
vel ratum.*

*Solennia hæc  
sunt ar-  
bitraria &  
mutari pos-  
sunt.*

§. VI. Quandoquidem vero negari nequit arbitrarium in se es-  
se, quibus documentis publicis consensus matrimonialis eda-  
tur, adeoque a legislatoribus in rebus publ. recipi potuisse solen-  
nia ecclesiastica, seu vt coram ecclesia matrimonium inituri con-  
sensem suum declarent; ita negari nequit, hec adhuc hodie esse  
arbitraria, hoc sensu, vt ex iusta causa Principe immutari, &  
loco corum alia publica declaratio substitui possit. Quod cum  
forsan non omnes admissuri sint, sibi aliquis persuadentes, be-  
nedictionem ecclesiasticam esse iuris diuini, vel ad minimum  
xitum vniuersalem, qui citra consensem totius ecclesiæ tolli  
non possit, vt *HILDEBRAND.* *diff. de rit. sacr.* §. 17. & seqq. ar-  
bitratur; ita non inutile erit, ortum & progressum horum so-  
lennium euoluere, indeque demonstrare, ab initio libere illa  
fuisse recepta, aucta & paulo serius a legislatoribus in foris  
ciuilia etiam deducta. Que enim citra ullum necessitatem li-  
bere

bere recepta sunt, eius indolis & naturæ sunt, ut mutari etiam possint. Loquor de foris Protestantum. Quæ Romane ecclesie Dd. hac de re sit sententia, in aprico est. Hi priuatiue matrimonia eorumque solennis iudicio Cleri subiiciunt, omnemque potestatem in ea Principibus denegant, adeoque cum his in præsenti mihi haud est negotium. Principibus protestantibus maior in ecclesiastica est potestas, & liberius circa solennia arbitrium: horum legibus tam ecclesiasticis, quam profanis se obstrictos esse profiterent tam Clerici, quam seculares, adeoque ex horum determinatione dependet, quo ritu matrimonia ineunda sint. Vnde meo iudicio Batavi haud culpandi sunt, quod solennia ecclesiastica in contrahendo matrimonio sustulerint, sicuti & contrario nihil culpa nobis imputari potest in Germania, quod quandam ritum ex institutis ecclesiasticis antiquis retinuerimus.

§. VII. Ipsi solennia ecclesiastica potissimum consistunt *Præcautione in proclamatione & copulatione sacerdotali*, in quarum origine nes in euolucircumstantiæ sedulo considerande sunt, ne sine iudicio Dd. tra-  
nenda origi-  
dit admittamus. Non ubique hanc præcautionem obseruavit ne copula sa-  
HENR. CHRIST. HOCHMANN in tr. de benedict. nuptiar. quam cerdorati ob-  
uis alias magna iudictria illa, quæ ad antiquam disciplinam per-  
tinent, collegerit, in eo tamen admodum lapsus, quod primiti-  
ue ecclesiæ Dd. testimonio ex facie rerum præsentium affirmaverit. Eleganter obseruat GABR. ALBASPINAEVS, Episco-  
pus Aurelianensis, de vet. eccl. rit. Lib. I. obs. I. magnos erro-  
res ex hac neglecta obseruatione fluxisse. Nam, ait, barum  
rerum si forte nunc incidat mentio, eas non, uti fuere, sed quales  
bodie ante oculos nostros versantur, concipiimus, atque de iis disserimur. Animus enim se a consuetudine rerum, quas videt, quas  
cernit, quibus vivitur, non patitur abduci, neque potest mente com-  
plexi earum, quarum nomen adhuc usque permanit, vim quoque  
& naturam permanesse. HILDEBRANDUS quoque de nupt. vet.  
Christ. non satis rem examinavit, nec magis sobria exspectanda  
fuere ab ANDREA DV SAVSSAY, qui in tr. de panopl. Sacerd.  
P. 2. lib. 2. c. 5. §. 4. benedictionem ficerdotalem itidem ex præ-  
fenti

senti rerum statu extimauit. Cautius magis incessit SELDEN Lib. II. de uxore ebr. c. 28., qui testimonia Patrum secundum statum primaeum sedulo examinavit, inde mentem eorum deduxit. Proinde solicite inquirendum est, quæ partes pastorum fuerint in conciliandis nuptiis? in quonam benedictio considererit? quo tempore illa adhibita fuerit? ex quæ sunt aliae hujus generis circumstantiae?

*Benedictio  
etiam iudeis  
visitata.*

§. IIX. Inter Judeos sponsalibus & matrimonii benedictionem accessisse, obseruant antiquitatum iudaicarum scriptores, que tamen non præcise a Sacerdotibus, aut Clero peracta fuit. Inde quamvis admitti possit, hunc morem benedicendi etiam ad Christianos transisse, non tamen constat, ministros etiam Ecclesiæ eius rei gratia adhibitosuisse. Sub initia Christianismi, ait Selden cit. l. quotquot Judeos imitarentur, sacros ministros, ut mitiis, sed nuptiis necessarios, non adhibuisse certum est. Evidem IGNATIUS non præcise a vs ad Polycarp. interuentum pastorum vrsissile videtur, scribens: sacerdotibus Decet vero, ut & ducentes uxores & nubentes cum Episcopi arbitrio facienda. Ex eius sententia coniungantur, vt nuptiæ iuxta preceptum dominis sint, non autem ad concupiscentiam. Sed copula sacerdotalis his verbis minime firmari posset, si vel maxime admittendum esset, hanc IGNATII epistolam esse genuinam; cuius contrarium tamen ostendit IO. DALLAEUS de scriptis, que sub Dionisi & Ignatii nominibus circumferuntur. Id voce tantum evincunt, cum consilio Episcoporum matrimonia esse ineunda, vt præcaverentur eo magis nuptiæ cum infidelibus, præsertim cum plurimis aliis causis. Episcopi solerent in consilium adhiberi, adeoque hæc verba magis ad sponsalia ineunda, quam matrimonium rite peragendum pertinent. Alia testimonia desunt quoad duo priora secula, quæ lucem huic rei asserre possent. Magnopere utique confitaret de antiquis solemnis, si EVARISTI epistola genuina foret, qui circa finem Seculi I vel ad minimum ad initium Seculi II. ecclesiæ Romanæ præfuit. Ita enim impostor potius, quam Episcopus Romanus scripsisse singitur apud HARDVINTON. I. Concil. p. 75., BLONDEL. in Pseudo-Isidoro p. 147. & GRATIAN. inc. i. c. 30. q. 5. Alter enim legitimum (vt a Patribus acceptum)

mus & a sanctis Apostolis eorumque successoribus traditum inuenimus) non sit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem videntur habere, & a quibus custoditur, vxor petatur, & a parentibus, aut propinquioribus sponsetur, & legibus dotatur, & suo tempore sacerdotaliter (ut mos est) cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur, & a paroxymphis (et consuetudo docet) custodita & consociata a proximis, tempore congreuo petita legibus detur, & soleniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, ut bona soboles generentur, & domino in actibus suis placeant. Taliter enim & domino placebunt, & filios non spurios, sed legitimos atque hereditabiles generabunt. Quapropter filii charissimi & merito illustres, fide catholicæ suffragante, ita peracta legitima scitote esse coniugia. Alter autem non presumta coniugia, sed aut adulteria, aut contubernia, aut stupra, vel fornicationes potius, quam legitima coniugia esse non dubitare; nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerent legitima. Miror HOCHMAN-NVM multum huic epistolæ tribuisse, & credidisse, quod probari non possit, illam ex omni parte confitam fuisse, cum tamen euidentissimis documentis iam a pluribus, in primis vero a BLONDELLIO in Pseudo-Isidoro demonstratum fuerit has epistolæ, quas ISIDORVS, impostor, mundo obtrusit sec. IX., esse putida figura, adeo, ut ipse HARDVINVS in not. margin. agnouerit, hanc epistolam EVARISTI esse subposititiam, præsertim cum verba adducta instituti recentioris redoleant rationem, quod etiam agnoscit IO. LAVNOIVS de reg. in matrim. potest. p. 176. Eiusdem farinæ est epistola CALLISTI I. apud HARDVIN. cit. l. p. 112. & BLONDELL. cit. l. p. 260., quæ eo magis commentum impostoris prodit, quod infamie poenam contra morem Episcoporum primitiæ ecclesiæ transgressoribus minatus fuerit, ut hæc verba indicant: *Quisquis ergo non est legitime coniunctus, vel absque dotali titulo ac benedictionis consensu copulatus, sacerdotes vel legitime coniunglos criminari, vel in eos testificari minime potest, quoniam omnium incesti macula pollutus infamis est, & accusare supra dictos*

dictos non permittitur. Non solum ergo hi reiciendi sunt & infames efficiuntur, sed etiam omnes ei consentientes.

Tertulliani  
testimonia  
executio-  
tur.

Sponsalia  
cum consilio  
presbytero-  
rum initia

§. IX. Inter eatestimonia, que genuina sunt, recentiora ante TERTULLIANVM non dantur, quamvis hic iam in confinio seculi II. & III. vixerit. Aliquot circumstantias ipsemem passim adducit, que solemnitatem quandam ecclesiasticam peculiarem produnt. Primo ostendit, contracta fuisse matrimonia, ex consilio eorum, qui ecclesia praeerant. Sic enim de Monogam c. XI, p. m. 531, edit. Rigalt. ait: ut igitur in Domino nubas secundum legem & Apostolum (se tamen vel hoc curas) qualis es id matrimonium postulans, quod eis, a quibus postulas, non licet habere; ab episcopo monogamo, a presbyteris & diaconis eiusdem sacramenti, a viduis, quarum sedam in te recusasti? Et illi plane sic dabunt viros & vxores, quomodo buccellas. Hoc enim est apud illos, omni petenti te dabis. Et conjungent vos in ecclesia virgine, uniu Christi unica sponsa. Postulare dicuntur matrimonium virgines ab episcopo, presbyteris, diaconis, imo & viduis, quin & hi dare viros & vxores dicuntur, non alio sensu, quam quod, communicato cum his consilio & deliberatione instituta, nuptiae fuerint contractae. Imo hoc ad benedictionis solemnia vel ideo referri nequit, quod hic tantummodo de sponsalibus conciliandis agatur, doceaturque, quod inter Christianos aeo TERTULLIANI potissimum huius adhibiti fuerint, vt pote quorum consilio tot alia grauioris momenti negotia fieri solebant. Quin etiam scmine viduarum, seu diaconistarum consilio hac in re vcerentur, vt omnem libidinis & inordinati amoris suspicionem ase declinarent, nec nuptias, disciplinas ecclesiasticas contrarias, iniarent, cum iam eo tempore plura essent circa matrimonium innouata, & praeter ius diuinum Christianis, ex quodam pio rigore, imposita, quod vel scripta TERTULLIANI docent. Hac de causa non sunt cum plurimis captanda TERTULLIANI verba: & CONIVNGENT VOS &c., ex quibus quidam elicunt, copulatos fuisse desponsatos a pastoribus. Hoc si verum est, etiam viduae, vt diaconisse, ius copulandi habuerint, quia

quia SEPTIMIVS parem iis potestatem hoc in negotio tribuit. Hoc vero admodum *άρχον* esse, quilibet animaduerit. Quin potius itaque dicendum, præpositos & viduas, tanquam proxenetas, sponsalia conciliasse & ita coniunxisse de-sponsatos. Quodsi sponsalia non ita erant contracta, (nam magis *confusione*, quam absoluta *necessitate* id fuisse, credere par est) ad minimum tamen apud ecclesiam manifestanda erant, & manife-  
quod rursus indicat TERTULLIANVS de pudic. c. 4. p.m. 557, standa apud  
&, ideo penes nos, ait, *occulta quoque coniunctiones*, id est, non ecclesiam.  
prius apud ecclesiam professe iuxta moechiam & fornicationem  
iudicari periclitantur. Hunc locum aperte satis innuere ar-  
bitratur HOCHMAN. cit. l.c. 2. §. 9., eam prisca ecclesia fuisse  
disciplinam, ut matrimonia pro legitimis non reputarentur,  
nisi oblatis ecclesiæ, per presbyteros coniungendis, publice  
accessisset benedictio, qua sententia quoque RIGALTI esse  
videtur. Ego vero id minime a me impetrare possum, vt  
huic sententiæ calculum addam, quæ ex adductis verbis mi-  
nime colligi potest. Rursus de *sponsalibus* ecclesiæ manife-  
standis hic sermo est, ut potius initia *proclamationis* in iis lati-  
care videantur, quam *benedictionis sacerdotalis*. Nam prosteri  
coniunctionem penes ecclesiam id tantum arguit, ecclesiæ  
manifestandum fuisse coniugium contrahendum, ut omnis  
suspicio illegitimæ cohabitationis tolleretur, & scientia volun-  
tateque ecclesiæ matrimonium contractum esse videretur.  
Interim ne quidem hoc absolute SEPTIMIVS requirit:  
tantummodo periculum, quod ex omissione huius manifes-  
tationis imminet, ostendit. Ad minimum pastorum præsentia  
eorumque copulatio, quæ *sacerdotalis* vocatur, ex his verbis  
erui nequit.

s. X. Forsan grauius pondus habet aliud eiusdem Patris *Sponsalibus*  
testimonium, quod lib. II. advxorem c. vlt. p.m. 171. occurrit: olim apud  
Ait: unde sufficiamus ad enarrandam felicitatem eius matrimonii, ecclesiam  
quod ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & ob-signat benedictio; manifes-  
angelirenu[n]ciant, pater rato habet? nam nec in terris filii sine con- dis quedam  
sensi patrum rest[er]e & iure nubant. Per gradus solemnia enarrat *accessere so-*  
*LENNIA,*

*Et oblatio* SEPTIMIVS, docetque 1), eccliam conciliasse, matrimonia, id quod intelligendum de approbatione ecclesie, & communis cato cum presbyteris & viduis consilio, quorum auspiciis sponsalia inire solebant. Addit 2), oblationem ea confirmasse. De eucharistia hunc ritum communiter intelligunt, adeoque missarum solemnia iam peracta fuisse arbitrantur, communibus que fidelium votis inter sacrificiorum orationes matrimonium benedictione initum, ut NICOL. RIGALTIVS ex his verbis colligit. Verum ostendit jam dudum GABR. ALBASPI-  
NÆVS cit. tr. lib. I. tit. 5. oblationes in patrum scriptis huius eti non semper eucharistiam denotare, sed potius dona & munera, quæ fideles in clericorum & pauperum sustentationem offerebant, ut ex iis particula & buccelle, quarum TERTVLLIANVS antea meminerat, viritim distribuerentur. Singulis solis diebus, quibus coetus fidelium instituebantur, tales fiebant oblationes, & mensæ, quam altare appellabant, imponebant, quarum nomine gratiarum actiones & benedictiones a presbyteris ad Deum dirigebantur. Non ergo mirandum, si etiam despontati in coetu fidelium die solis cum aliis congregari, vbi coniunctionem penes eccliam profitebantur, huiusmodi oblationes cum reliquis etiam sacerdent, in quo sane nihil præcipui agebant, nullo a ceteris diuerso iure vtebantur, sed communi consuetudine in ecclesia recepta vinebant. Et quia eorum munera non spernebantur, quæ alias recipi non debuissent, si contra ecclias instituta sponsalia inita fuissent, inde TERTVLLIANVS notanter ait: oblationem confirmare matrimonium. Hoc enim conclamatum erat, oblationes tantum ab illis accipendas esse, qui tum in communione ecclesiastica subsisterent, tum nihil contra instituta eius agerent. Denique 3) benedictio olsignare matrimonium dicitur, quæ verba rem ita luculenter & clare expondere videntur HOCHM. cit. I. §. 8. in fin., vt, vltiore commentationem addere, si soli lucem scenerari. Sed multa viisque hic inuestigari debuissent, antequam certi quid cum ALBASPINÆO, RIGALTIO aliisque inde concluderetur

*Et benedictio*

retur. Id tantum hactenus ex illis liquet, post professionem penes ecclesiam factam; post oblationes acceptas, *benedictionem* consueto more accessisse, quæ inter Christianos erat usitatissima, piisque precibus ac votis absoluebatur. Pium utique & religioni christianæ conforme erat, despontatis quævis fausta apparet, quæ instar *pia gratulationis* erant. Alibi scilicet de *testimonio animæ c. 2. p. 65.* idem *TERTULLIANVS* docet, benedictiones huiusmodi Christianis in quibuscumque negotiis usitatissimas fuisse. Ait: *eiām quod penes Deum bonitatis & benignitatis omnis benedictio inter nos summum sit disciplinae & conuersationis sacramentum, benedicat te Deus, tam facile pronuncias, quam Christiano necesse est.* Si itaque benedictio inter Christianos summum discipline & conuersationis fuerit sacramentum, nihil præcipui in hoc despontatio apud ecclesiam professa habuit, quod benedictionem eam obsignauerit. Id vero minime inde liquet, præpositos hanc benedictionem sacerdotaliter peregrisse, & per hanc benedictionem ipsum matrimonium fuisse contractum, ut hodie fieri solet. Erat benedictio hæc, aëtus toti ecclesiæ communis, non presbyteris proprius, quamvis forsitan hi primarias partes in ea obtinuerint.

§. XI. Nec adeo alienus sum ab eorum sententia, qui, benedictionem hanc cum *manus impositione* peractam fuisse, assendam manuunt, quæ forsitan solis præpositis propria fuit. Huc collineasse *um impositionem* videtur *CLEM. ALEXANDRIN.* in *pedagogo lib. III. c. XI. p. m. 248.*, aiens: *cui enim manus imponit presbyter? cui autem benedic? non mulieri, quæ est ornata; sed alienis capillis & per istos alii capiti.* Evidem non adeo manifestum esse ait *SELDEN. lib. II. de vxore ebræa c. 28.*, hæc ad benedictionem sacerdotalem pertinere: admitti tamen sine vila hesitatione poterit, benedictionem per impositionem manus eo tempore factam fuisse, quippe quæ eo tempore ex prisca disciplina usitata fuit. Id tamen inde non euincitur, hanc ipsam fuisse copulam sacerdotalem, qua hodie ipsa matrimonia constituuntur, & per quam ipsum deum coniugium contractum est. Hæc omnia ad ipsam despontationem pertinuisse iam antea obseruauit;

B 3

hæc



hæc ita, non ipsum matrimonium, contrahebatur, ut moris quoque apud iudeos fuit. Adhuc SYRICIVS huius benedictionis & maauum impositionis in *desponsatione* usitate meminit in epist. ad HIMER. c. 4. apud HARDVIN. tom. I. Concil. p. 484. ex GRATIAN. c. 50. C. 27. q. 2., indeque concludit, sponsalia non posse dissolui, quia, ait, illa benedictio, quam nuptiæ sacerdos imponit, apud fideler cuivardam instar sacrilegii est, si vila transgressione violetur. Quid autem est benedictionem imponere aliud, quam benedictione prævia manum imponere? Ipse CHRY-  
SOST. homil. 48. in gene 5. eiusdem benedictionis in sponsalibus visitate mentionem facit, & presbyteros aduocandos, ait, qui, benedictione prævia, illa confirmat, ut amor sponsi & castitas sponsæ ea ipsa confirmetur. Continuatus est hic mos benedicendi sponsalibus in oriente per plurima secula, ut ordo sacer, qui adhibendus est in sponsalibus, seu arrharum sponsalitiarum, apud SELDEN. cit. l. c. 24. & PHOT. in *Nomocan.* eiusque Schol. a GVSTEL. & VOELL. in biblioth. iur. Can. p. 1085. docet. Id ergo haec tenus euictum est, sponsalia prævia benedictione aliqua, solemniter fuisse contracta, & quidem vel ideo, quia penes ecclesiæ manifestanda erant, ne illicitæ inter Christianos conjunctiones fierent; ipso autem nuptiarum die copulam sacerdotalem nouam accessisse, & per hanc deum matrimonia contracta fuisse, inde minime euincitur. Plura alia quoque negotia ciuilia a christianis peracta sunt in presentia presbyterorum, & sub eorum benedictione, quæ tamen non ex hac, sed ex consensu contrahentium substantiam suam ceperunt. Id inter alios obseruat SELDEN. cit. l. c. 23. aiens: *& emtiones, venditiones, adoptiones, manumissiones, donationes, id genus alia, non raro etiam ad altare olim adstante ministranteque sacerdote, fieri solita, passim legitimus, benedictiones solennes actibus ciuibus, seu legitimis, non paucis fuisse proprias, unde tamen non omnino sequitur, in ipsa actus substantia, partes egisse aliquas, ministrum eiusmodi.*

*Seculū IV.*  
mores.

§. XII. Seculo IV. LIBERIVM papam hunc ritum sacram matrimonii præscripsisse contendit ALBERTVS Abb. Stadenfisis

sis in chron. p. m. 146. inscript. rer. Germ. BOECLERI his verbis: *Hic constituit, coniugium a sacerdote benedici.* Sed authenticum hujus asserti testimonium non adducit, quin potius fabulam narrare videtur. Interim in ecclesiis Africanis iam visitatum fuisse animaduerto, vt benedictio, quæ alias sponsalibus adhiberi solebat, ad diem nuptiarum differeret quod ex c. 13., Concil. Carthag. IV. a. 398. habiti liquet. Verba Canonis hæc sunt: *ut sponsus & sponsa, cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis, vel a paranymphus offerantur, qui cum benedictionem acciperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant.* Moris eo tempore fuit, desponsatos offerre sacerdotibus, vt benedictionem acciperent, & quia post eam mox in thalamum solenni more deducebantur, patres Africani, id ipsum prohibendum esse, censuerunt volueruntque, illam paululum differendam esse, adeo que rursus per hanc benedictionem matrimonium non constitutum est, sed sponsalibus benedictum, quod indicat rubrum canonis qualiter sponsi & sponsæ benedicentur. apud Emanvelem a Schelstrate in eccles. Afric. p. 212. Breuiter: hic ordo seruatus fuisse videtur, vt primo sponsalia iniungantur; deinde his solennis benedictio per preces & vota impertiretur, & tandem subsequetur deductio in domum, vel thalamum. Hæc constituebat coniugium, non benedictio, non copulatio quedam sacerdotialis, quæ adhuc incognita era. Neque enim nulla benedictio hanc in se continebat, sed recentius inventum est illorum clericorum, qui existimarentur, se copulare coniuges & sua benedictione demum constitui coniugium in formula solenni: *vos coniungo & copulo &c.* Iam antea ostensum est, SYRICVM non aliis benedictionis mentionem facere, quam quæ sponsalibus adhibetur. Etiam POSSIDIVS IN VITA AVGUSTINI c. 27. testatur, tantum sponsalibus accessisse benedictionem, docetque, AVGUSTINVM suasse, ne sacerdotes sponsalia contraherent, sed vt postquam sibi iam consenserint desponsati, iis interessent, vt vel eorum iam pacta & placita firmarentur, vel benedicerentur. Facit etiam INNOCENT. I. in epist. I. Afric.

ERIC. Rhomag. apud IUSTEL. & VOELL. in biblioth. Jur. Can. p. 167. mentionem benedictionis, quæ per sacerdotem super nubentes imponitur, quæ eodem sensu intelligi debet, cum ad usum ecclesie communem prouocet, quæ eo tempore, ut demonstratum est, simplicem benedictionem, deponsat adhibitat, denotauit.

Adducuntur alia loca,  
que benedi-  
cione dunta-  
xat sponsalia  
bus fuisse do-  
cent.

Synesit te-  
simonium  
examina-  
tur

§. XIII. Haec tenus itaque id tantum ex antiquitatibus ecclesiasticis patuit, post sponsalia contracta ante consummationem matrimonii, ex pia quadam deuotione, benedictionem dumta nem despontatis impertitam fuisse etiam per manuum impositionem, adeo, ut sub ipsis Imperatoribus Christianis nulla hic ad ea mutatio facta videatur. INNOCENTII I. testimonium jam adductum est; assertus etiam epistola SYNESSI, egregii olim philosophi, & postea episcopi, quam adducit NICEPHOR. lib. XIV. hist. eccl. c. 45. Hic enim cum constitueadus esset episcopus, varia obmouit dubia, imprimis vero se conjugatum esse dixit, mihi, aiens, & Deus ipse, & leges, ipsaque sacra Theophili manus uxorem dedit. Hæc verba incertos facile fallere possunt, vt credant, reuera eo tempore sacerdotalem copulam obtinuisse. Tria coniungit, quæ ad matrimonium ipsius concurredit assert: DEUM scilicet, qui autor est coniugii; leges, secundum quas matrimonium est ineundum, quæque etiam Christianis seruandæ erant, publicaque solennia ciuilia prescribabant: denique sacram Theophili manum, quæ tempore benedictionis ei imposta erat. Quo vero tempore id factum fuerit? quo ritu? quibusus formulis? & an pari ex necessitate, vt quidem hodie? inde non liquet. Probabile potius est, praxin antiquam adhuc eo tempore continuatam fuisse, secundum quam non ipso nuptiarum die, sed post sponsalia contracta apud ecclesiam manifestanda haec benedictione petebatur. LEONIS, episcopi Romani, sententia apud tem Leonis, HARDVIN. tom. I. Concil. p. 1762. IVSTELL. & VOELL. biblioth. Iur. Canon. p. 229. & GRATIAN. c. 12. c. 32. q. 2. qua inter nuptias & concubinatum discrimen constituit, magis ex foro ciuili, quam praxi ecclesiæ petita est. Nuptiarum, ait, foedera & inter ingenuos sunt legitima, & inter æquales, multo prius hotijs sum

ipsum domino constitente, quam initio Romani iuris existet. Sic itaque secundum iuris Rom. placita nuptias legitimas definiuit, quamvis testimonium diuinum simul afferre voluerit ex sacrificis, quasi ius diuinum idem constituisse, quod ius Romanum. Non querit differentiam nuptiarum & concubinatus in copulatione facerdotali, quam nec ius Romanum, nec leges diuinæ agnoscunt; ad quam tamen securius prouocare potuisset, si eo tempore iam ad constituendum matrimonium pertinuerat. Equidem paulo post addit: unde, cum societas nuptiarum ita ab initio sit constituta, ut preter sexuum coniunctionem haberet in se Christi & ecclesie sacramentum, dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiarum non fuisse mysterium. Qui per nuptiale mysterium, per ecclesiæ sacramentum, adum benedictionis intelligere vellit, rem forsan ex præsenti Romanæ ecclesie sententia æstimaret, non sensum antiquum intueretur. Iam eo tempore **AVGVSTINI** sententia de sacramento matrimonii multorum & Leonis quoque animos occupauerat, quam tamen minime ex benedictione eo tempore trahebant, sed ex legitimi matrimonii typo, ad quem **LEO** prouocat; modum contrahendi autem prætermittit. Imo quia antea ad ius Rom. prouocauerat, simul ostendit, quodnam sit legitimum secundum illud matrimonium, hoc est, cum ea muliere contractum, quæ & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptiis honestata. Hæc verba iuris ciuilis requisita, ad matrimonium necessaria, depingere, nemo, nisi præoccupatus, negabit; prefertim cum eius tempore matrimonium adhuc inter negotia secularia haberetur, & secundum leges ciuiles æstimaretur. Vnde vxor honestata publicis nuptiis illa ipsa est, quæ secundum leges ciuiles publice ducta est, non quam minister ecclesiæ solenni formula copulationis marito sub missarum solemnis coniunxit. Et tamen **HÖCHMAN.** cit. *I. c. 2. §. n.* egregium sec. *V.* testimonium se in his verbis inuenisse creditit.

§. XIV. Si canones Nicenæ Arabici genuini essent, quos adducit **HARDVIN.** tom. *I.* concil. c. 6. p. 51., luculentum testimonium de nones Arafo.

bici bene- forma benedictionis antiquae in promptu esset, quod ita tamen  
ditionem comparatum est, ac si heri aut nudiis tertius demum natum  
probare fuerit. Edixisse patres finguntur: *Exigit Deus ab omnibus Christi*  
*nequeunt.* *stianis tam viris quam mulieribus, ut matrimonia sacris celebrantur*  
*benedictionibus & precibus, quoniam bise mediantibus licita sit vi-*  
*rorum & mulierum copula. Quamobrem a sponsalium celebra-*  
*tione usque ad nuptiarum benedictionem potest sponsus ac debet spon-*  
*sa seruitutis exhibere obsequia, eam inuisere, & confabulari; at con-*  
*uersatione eius frui nequaquam; quia id minime licitum est ante nu-*  
*pilarum celebrationem, qua sit benedictionibus, precibus & virginali*  
*incoronatione. Oportet itaque tam viros, quam mulieres casta,*  
*& pura habere corpora coram Deo, cum ad nuptialem accedunt bene-*  
*dictionem, nuptialesque coronas; ne erubescant in conspectu Dei tan-*  
*quam salaces & impuri, sed sint velut angeli Dei; ut defendat in eis*  
*omnis gratia, & benedictiones consequantur in filiis suis, suoque*  
*filiorum; & perpetuo permaneat in ipsis coelestis, ac diuina gratia.*  
Sed horum canonum nulla est autoritas, qui demum post plu-  
rima secula nati videntur, ut eruditii omnes fatentur. Magis

*An ex Tz ad rem facere videntur TIMOTHEI, Alexand. episcopi, re-*  
*mothei te. sponsa canonica, ab HARDVINO tom. I. concil. p. 194. exhibita.*  
*simonio?* In illis hanc interrogationem n. XI. proponit: Si quis clericum  
vocauerit, ut matrimonio coniungat; audiat autem esse illicitum  
matrimonium, debetne sequi clericus, vel facere oblationem? Re-  
spondet: non debet clericus alienis peccatis communicare. Vo-  
cati ergo fuisse videntur clerici, ut iungant matrimonio despon-  
satos; sed videntur tantum. Nihil noui innuit TIMOTHEVS, sed  
quod visitatum erat in ecclesia, refert, morem scilicet be-  
nedicendi futuris nuptiis, interueniente oblatione; quod ve-  
ro hoc ipsum coniungere matrimonium vocet, id iam redolet  
recentioris sententiae speciem, quia satis abundeque constat,  
pedetentim ipsos verborum antiquorum significatus mutatos,  
imo nouas phrases paulatim substitutas fuisse; que tamen non v-  
nique attendendae sunt, sed potius ratio temporis habenda, quo  
aliquid scriptum fuerit.

Hormisdæ S. XV. Transeo ad tempora IVSTINIANI, circa que  
Hormis-

CIRCA SOLENNIA MATRIMONII ECCLESIASTICA.

13

Hormisda notus est. Huius decretum affert GRATIANVS c. 2. testimonio. 30 q.5. huius tenoris: nullus fidelis, cuiuscunque conditionis sit, ocum excusat culte nuptias faciat; sed, benedictione accepta a sacerdote, publice tuncur. nubat in Domino. Vnde haec hauserit GRATIANVS, ignotum est. Ipsi correctores Romani Hormisda hoc testimonium adscribere non ausi sunt, quod nec in epistolis, ab HARDVINO tom. II. p. 1014. editis, occurrit. Sed si vel maxime ad haec tempora, vel subsequentia referri debeat, nihil noui tamen aut insoliti continet, sed morem antiquum tantum reflectit, qui erat, benedictione accepta, nuptias postea publice secundum Leges contrahere. Notanter enim cit. l. dicitur: benedictione a sacerdote accepta, publice nubat in domino. Quibus verbis duo actus explicantur. Primus concernit benedictionem, quae inter sponsalia & matrimonium nubentibus impetrari solebat; secundus publicas nuptias, quae secundum leges publica deductione in domum fieri aliasque solennibus expediri solebant.

§. XVI. Quia itaque ex hac etate dictis liquet, benedictionem cum oblationibus nec a sponsalium, nec ad nuptiarum publicarum substantiam & solennia pertinuisse: sed illa anni non reconsensu desponsatorum secundum leges inita; has vero ita quisiue-dem secundum mores apud Romanos receptos publico ritu imperato-res christi-peractas; ipsam autem benedictionem intermedium quendam runt solen-nia ecclesiastica. Sic ergo tantum iusta ad actum fuisse secundum disciplinam ecclesiasticam obseruan-ctam: inde fontem mihi inuenisse videor, vnde factum fuerit, nuptias. ut in legibus Romanis & constitutionibus imperatorum christianorum nulla huius benedictionis facta fuerit mentio. Sponsalia & nuptiae eo tempore inter negotia non ecclesiastica, sed Rationes mere secularia adhuc referebantur. Imperatores iis formam & bius rei e- leges dabant, iura eorum determinabant, imo ipsas diuortiorum causas, modumque diuortiorum, aliaque huc spectantia præscribebant, ceu inter alios plures egregie docet IO. LAV-NOIVS de regia in matrimonium potestate. Sic ergo tantum iura sponsaliorum & matrimonii, eorumque solennia ciuilia, eo tempore visitata, adduxerunt, nec IVSTINIANVS in his ali-

C 2

quid



quid innovauit, multo minus solennia sacra, ex instituto episcoporum requisita, desiderauit, quia hæc eo tempore nec ad sponsatum, nec ad matrimonii constitutionem spectabant, sed, ut dixi, actus intermedius erant, ex more ecclesie & pia deuotione obseruandus. Et quamvis episcopi & patres in concilis hec solennia sacra admodum vgerent, non tamen, ea ipsa legibus ciuilibus quoque iniungenda esse; necessarium duixerunt imperatores, tum quod crederent, despontatos motu proprio ad hanc pietatem pronus futuros esse, tum etiam quod eiusmodi actus deuotionis, quo benedictio per pias preces a Deo expetitur, magis despontatorum arbitrio relinquendus esset, quam vinculis legum inculcandus. Neque enim omnia sacra, & quæ ad liturgiam ecclesiasticam spectabant, ex institutis ecclesiasticis suis legibus ciuilibus complexi sunt imperatores; maxime cum iam a tempore CONSTANTINI, episcopi, ea ad se traxerint, & sui iuris esse contendent, adeoque imperatores ab eorum determinatione vt plurimum absoluuerint. Preterea id quoque animaduersione dignum esse iudico, quod hæc solennitas ecclesiastica fere tantum scriptis patrum priuatis inculceretur; in nullo autem fere concilio, si Carthaginense exceptis, maxime vero in nullo acumentico, eius mentio fiat, aut inter instituta discipline ecclesiastica generalia, alias tam solici te determinata, referatur. Sane nec patres Nicæni, nec Ephesini, nec Constantinopolitan, nec Antiocheni illam omisissent, sed decreto ecclesiastico omnino firmassent, si absolute eius necessitatem agnouissent. Quæ cum ita sint, rationibus subductis, in eam tententiam eundum esse existimo, vt credam, patres hæc solennia sacra vrsistæ, magis per modum consilii, quam necessitatis, nec vniuersalem legem hac de re extitisse, imo, si qua lex ecclesiastica, vel confuetudo ea de re obtinuit, eam particularem, non vniuersalem fuisse.

*Iustinianus in Nov. cerdotalis ad matrimonii constitutionem iam fuislet necessaria, & generatim adhibita; necessario eius in Nou. 74 c. 4. & hoc solen. 17. c. 4. mentionem inuicere, & inde argumentum contracti matrimonii.*

trimonii petere debuisset, imo nulla commodior occasio, hanc *non requiri-*  
*ipsam lege publica stabiliendi, sese ei obtulisset, si illius neces-*  
*sitas eo tempore fuisset agnita.* Agit in *Nou. 74.* de constituti-  
*tione nuptiarum earumque probatione, simulque ostendit,*  
*nuptias etiam sine nuptialibus instrumentis ex solo affectu secundum*  
*leges antiquas, & a se ipso approbatas, haec tenus valuisse &*  
*ratas habitas; simulque tamen addit, quod respublica falsis*  
*contractibus exinde repleta fuerit, nec semper liquido de con-*  
*tracto matrimonio constiterit.* *Et testes*, sunt verba *cit. Nov.*  
*iuxta edit. Dn. HOMBERGK.*, *sine periculo accidunt, mentientes,*  
*quod vir eam, que illi cohabitabat, dominam vocauerit, illaque simi-*  
*liter cum ita appellauerit: atque hoc pacto illis matrimonia fingun-*  
*tur, que tamen revera contracta non fuerunt.* Quomodo vero  

potuisset dubium circa matrimonium contractum interuenire,  
si ubique & indistincte iam in morem abiisset, benedictione præ-  
via, coniungere sponsatos? quin potius adhuc eo tempore,  
prout ipse Imperator innuit, obtinebat iuris antiqui regula:  
*consensum nuptias facere.* In eo tamen mores antiqui paulatim  
mutari videntur, quod *solennis declaratio & deductio in domum*  
*sæpius neglecta fuerit, nec ita semper ex publico testimonio*  
*apparuerit, matrimonium inter coabitantes contractum fuiss-*  
*fe.* Atque hac de causa forsitan episcopi ex prisca disciplina,  
*a TERTULLIANO* iam laudata, vriferunt, volueruntque, ut de-  
*sponsati sese sifterent presbyteris, & ab eis benedictionem ac-*  
*ciperent, qua interueniente, nullum amplius dubium super-  
*esse poterat.* Verum, prout dixi, hic ritus non demum vniuersali-  
*ter receptus erat.* Qua de causa *IVSTINIANVS* aliam nu-  
*pitiis præscriptis formam, vnde de consensu coniugati constare*  
*& liquere posset, matrimonium inter coabitantes esse initum.*  
*Ait: in majoribus itaque dignitatibus, usque ad senatores nostros &*  
*magnificentissimos Illustres, illa fieri nequam patimur, (matri-  
*monia scil. sine pactis nuptialibus, que olim sæpius negligebantur)* sed sit omnino & dos & donatio propter nuptias, & reliqua omnia, que honestiora illa nomina decent.* Hæc indicia ad ma-  
*trimonium probandum sufficere arbitratus est, nullasque alias**

solemnitates desiderauit. Pergit vero ad ceteros, qui in eo gradu dignitatis haud constituti erant, eisque hanc formulam præscribit: *Quicunque vero in grauioribus militiis & negotiis, & plane in professionibus dignioribus constitutus est, si uxori legitime iungi, neque nuptialia instrumenta facere velit, non frustra & sine causa, & dissolute, ac sine probatione hoc agat, sed oratorium quodam audeat, & cum sanctissime illius ecclesie defensore vnu communicet, qui acceptis tribus aut quatuor religiosissimis clericis illius loci instrumentum conficiat, quo declareret, illa iudicione, illo mense, illa die mensis, illo imperii anno, illo consule, illum canve ad se in hoc oratorium venisse, sibique mutuo iunctos esse. Et si eiusmodi instrumentum, sive ambo contrabentes, sive alteruter corum, accipere velint, hoc agant, illique tam sanctissima ecclesia defensor, quam reliqui tres, vel quo voluerit, (non pauciores tamen, quam tres) literis hoc significantibus subscriptant.* Hæc verba quandam benedictionis speciem referre videntur; sed ipse HOCHMAN. de benedict. nupt. c. 2. §. 18. fatetur, quod & ipse contextus indicat, nihil in eo reperiri, quod ad nuptiarum benedictionem referri possit. Nimirum defensores cum clericis ideo hic adesse iubentur, non ut actum sacrum peragant, sed potius, ut coram illis desponsati sele declarant, te iniisse matrimonium. Denique in fine cit. o. 4. de infimis ex plebe hæc addit: *Sed neque de agricolis, neque de militibus armatis, quos lex cagliatos vocat, (hoc est, viliores & obscuriores) curiose laboramus, quibus ciuilium rerum ignorantia, & sola circa terræ cultum & bella cupiditas est, res magno studio digna & merito laudanda: adeo, ut ciuilibus personis, militibus armatis obscuris, & agricolis licentias sit, etiam sine scriptura matrimonium controbendi: liberi quoque legitimi sint, qui parentum mediocritatem, vel militaria aut rusticæ negotia, & ignorantiam adiuuent.* His ergo nulla solemnitas prescripta est, sed potius permisum, ut priuato officio matrimonia valerent, quibus tamen solemnitas ecclesiastica remitti non potuisset, si ea vniuersaliter recepta fuisset. Sed ne quidem in his substituit IUSTINIANVS, quin potius in Nou. 117. c. 4. illam solemnem declarationem, quæ coram defensore ecclœ-

sist

*co  
lam  
, &  
iun-  
cau-  
uod-  
mu-  
loci  
illa  
hoc  
in-  
spere  
reli-  
liter  
edi-  
be-  
ndi-  
hem  
ad-  
cius,  
mo-  
ad-  
ca-  
mus,  
bel-  
deo,  
entia  
e le-  
scica  
pre-  
imo-  
nitti  
qui-  
. 4.  
ccle-  
sia*

*sæc & clericis edenda, & instrumento probanda erat, sustulit, constitutique, ut reliqui omnes præter eos, qui maximis dignitatibus decorati erant, possint vel cum dotalibus instrumentis ducere vxores, vel citra instrumenta ex solo effectu, quod iam Nou. 22. c. 3. quoque constituerat. An prudenter hac in reprocesserit? valde dubito, cum ex iis, quæ §. II. monita sunt, constet, in re publica bene constituta nuptias vix rectius permitti posse, quam solenni interueniente declaratione.*

§. XVIII. Tandem tamen tum in oriente, tum in occidente. Tandem in te usus benedictionis legibus publicis prescriptus & in praxin occidente deductus est. Nam in occidente episcoporum suggestionibus & oriente hinc inde apud Francos, Longobardos, Wisigothos aliasque solennia canones antiqui & decreta pontificum legibus publicis appro-ecclesiastico leguntur. Sic in capit. CAROLI M. de ao. 789. capit. 50. a. ca legi-pud BALVZ. tom. I. capit. p. 230. SYRICII decretum de benedictis publicis sponsalium supra adductum refertur. Similiter lib. VI. c. p. 25. Capit. 133. apud EVND. p. 945. HORMISDAE decretum refertur scripta his verbis: nullum sine dote fiat coniugium; nec sine publicis nuptiis sunt. quisquam nubere presumat: & in capit. 327. apud EVND. p. 978.: ut sine benedictione sacerdotis nubere non audeant, quod etiam repetitur in capit. 408. apud EVND. p. 1003. Plenius de hoc ritu ecclesiastico I. VII. capit. 179. apud EVND. p. 1062. agitur his verbis: Prius conueniendus est sacerdos, in cuius parochia nuptia fieri debent in ecclesia coram populo. Et ibi inquirere una cum populo ipse sacerdos debet, si eius propinquus sit, annos aut alterius viror, vel sponsa, vel adultera. Et si licita & honesta omnia pariter inuenierit, tunc per consilium & benedictionem sacerdotis & consulti aliorum honorum hominum eam sponsare & legitime dotare debet. Scribit namque de legitimo matrimonio beatus Augustinus ita: Talis esse debet, que viror habenda est, ut secundum legem sit casta in virginitate, & divisa legitime, & a parentibus tradita sponsa, & a paranympsis accipienda. Et ita secundum legem & euangelium publicis nuptiis honestata, in coniugio licite sumenda; & omnibus diebus vita sue, nisi ex consen-

sa

Ju & causa vacandi DEV M, nunquam propter hominem separanda.  
 Etsi fornicata fuerit, & vir eius voluerit, dimitenda; sed, illa vi-  
 uente, altera non duenda, quia adulteri regnum DEI non posside-  
 bunt & penitentia illi accipienda. Nolite vos, viri, habere vxores,  
 quorum priores mariti viuant. Adulterina enim sunt ista coniugia.  
 Adducuntur hic verba AVG VSTINI, que tamen non eius-  
 dem esse videntur, sed in c. 4. c. 30. q. 5. LEONI papæ attri-  
 buuntur, quod & correctores Rom. obseruarunt. Secutus  
 est compilator capitularium canones ISAACI, episcopi Lingo-  
 nensis, editos a BALVZIO tom. I. c. p. 1263., qui AVG VSTINO  
 itidem hæc verba tribuit. Porro in cap. 389. ap. EVND. p. 1108.  
 ita dicitur: sciendum est omnibus & firmiter retinendum, quod bi, qui  
 vxores ducere voluerint, sicut eas castas & incorruptas cupiunt inuenire,  
 sic ad eas casti vel incorrupti debent accedere, easque cum benedictione sa-  
 credotis, sicut in Sacramentario continetur, accipere. Sed prius cas-  
 dotali titulo debent configare. Pseudo-EVARISTI decretum re-  
 fertur lib. VII. capit. 463. apud BALUZ. cit. l. p. 1129. eisdem verbis,  
 quibus illud §. LIX. in med. iam est adductum. In additione IV.  
 capit. 2. apud EUND. p. 1189. Christianis & iudeis eadem fere lex  
 scribitur, his verbis: Illud tamen modis omnibus observandum fo-  
 re præcipimus, ut si quis Christianus vel Christiana, aut iudeus vel  
 iudea, nouiter nuptiale festum celebrare voluerint, non aliter, quam  
 cum premesso dotis titulo, quo in Christianis salubri institutione præ-  
 ceptum est, vel sacerdotali benedictione intra finum sanctæ Dei ecclie  
 percepta, coniugium cuiquam ex his adire permittimus. Quod si  
 absque benedictione sacerdotis quisquam Christianorum vel hebreorum  
 nouiter conjugium duxerit, vel solennitatem legis pro dotali titulo in  
 quocunque transcederit, aut centum principi solidos coactus exsol-  
 uat, aut centum publice verberatus flagella suscipiat. Iam an-  
 tea in legibus Wisigothorum idem constitutum fuisse obseruat  
 HOCHMAN. c. 2. de bened. nupt. §. 27. ex LINDENBROG. lib. XII.  
 cit. 3. leg. 8. Ex quibus appetet, citius in Occidente, quam ori-  
 Solennitas ente hunc ritum introductum fuisse. Qua ratione & forma  
 benedictio vero hæc nuptiarum solennitas ecclesiastica desponsatis appli-  
 cata

cata fuerit eleganter ex responsis NICOLAI I. ad consulta Bulgari-  
rum c. 3. apud HARDVIN. tom. V. concil. p. 354. liquet, vbi mo-  
rem depondendi & nuptias celebrandi circa hæc tempora ita  
describit: post sponsalia, quæ futurarum sunt nuptiarum promissa.  
fædera, queque consensu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in  
quorum potestate sunt, celebrantur: Et postquam arbis sponsam sibi  
sponsus per digitum fidei a se annulo insignitum desponderit, dorem-  
que utriusque placitam sponsus ei cum scripto, pacium hoc continente,  
coram invitatis ab utriusque parte tradiderit, aut mox, aut apto  
tempore, ne videlicet ante tempus legi definitum tale quid fieri  
presumatur, ambo ad nuptialia fædera perducuntur. Et primum  
quidem in ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent  
Deo per sacerdotis manum, statuuntur: siue demum benedictionem  
& velamen caeleste suscipiunt: ad exemplum videlicet quos  
Dominus primos homines in paradiſo collocans benedixit, eis dicens:  
Crescite & multiplicamini, &c. siquidem & Tobias, antequam con-  
iugem conuenisset, oratione cum ea Dominum orasse describitur.  
Veruntamen velamen illud non suscipit, qui ad secundas nuptias  
migrat. Postbac autem de ecclesia egressi coronas in capitibus ge-  
stant, que semper in ecclesia ipsa sunt solita referuari. Et ita fe-  
stis nuptialibus celebratis ad ducentam individuum vitam domino dis-  
ponente de cetero diriguntur. Hæc sunt iura nuptiarum, hec sunt  
prater alia, que nunc ad memoriam non occurunt, peccata coniu-  
giorum solemnia. Plenius hunc locum & ritus in eo occur-  
rentes explicat HOCHMAN. cit. tr. c. 5. §. 6. seqq. In oriente  
demum per Nou. LEONIS 80. necessitatem solemnia hæc ec-  
clesiastica acceperunt. Ostendit LEO cit. l. citra benedictionem  
haec tenus matrimonia inire licuisse, additque: Itaque  
quemadmodum adhibitis sacris deprecationibus adoptionem perfici pra-  
cepimus: sic sane etiam sacra benedictionis testimonio matrimonia  
confirmari tubemus. Adeo, vt, si qui tanta hanc matrimonium ineant,  
id ne ab inicio quidem ita dici, neque illos in vita illa consuetudine ma-  
trimonii iure potiri velimus.

*Inde varie  
liturgia  
nuptiales  
conditæ,*

*& plura  
innouata.*

§. XIX. His ita constitutis, variæ ordinationes ecclesiasticae, quæ liturgiam hanc determinarent, conditæ sunt. Sicuti enim missæ præscriptis precibus & solennibus peraguntur; ita quoque solennitas quedam missatica in coniungendis sponsatis præscripta est, quæ partem liturgiæ ecclesiasticæ constituit, & vulgo die *Braut-Messe* vocatur. Plurima inde innouata sunt, & benedictio nuptialis nouam paulatim formam rationemque accepit. Nam (1.) olim sponsalia contraria apud ecclesiam manifestanda erant a despontatis, quo facto statim per pia vota & preces benedictio iis dabatur. Hæc postea sunt separata, ut diuerso tempore proclamatio publica, seu manifestatio ecclesie fiat, & deinde alio tempore benedictio sacerdotalis. (2.) olim benedictio erat *actus intermedius* inter sponsalia & matrimonium, nec substantiam huius ingrediebatur; postea vero ad ipsam matrimonii constitutionem requista & adhibita fuit, ut circa eam matrimonium haud esset legitimum. (3.) olim matrimonium negotium mere ciuale erat; sed postquam per solennitatem missaticam, interueniente sacerdote, celebrari debuit, negotiis ecclesiasticis annumeratum fuit, & in hunc usque diem annumeratum est. (4.) Benedictiones antiquæ simpliciter in votis & precibus cum oblationibus confitebant, nec eo res deducta erat, ut crederent, ministrum ecclesiæ coniungere despontatos. Postea in alia omnia itum creditumque fuit, sacerdotes coniungere despontatos, & hoc esse, *in domino nubere*; vnde actus hic appellatio nem copulationis sacerdotalis accepit. Quamvis enim haud ne gauerint, consensum despontatorum ad nuptias primario requiri; eum tamen per se haud sufficere constituerunt, sed hanc copulationem accedere debere, ut matrimonium ex omni parte esset legitimum. Hac enim deficiente, non matrimonium esse creditur cohabitatio personarum diuturnior, sed potius concubinatus. Et quia Principes Regesque colla sua ecclesiæ, hoc est, clero submiserunt, & legibus ecclesiasticis viuire tenentur, ne quidem inter illos aliter matrimonium consti tui posse censem, quam interueniente hac copulatione sacerdotali.

§. XX.

§. XX. Quem in finem hæc fusiſſus adducta fuerint, ex su-*Hodie* er-  
pra dictis facile liquet. Ad *legitimum scilicet matrimonium duogo prater*  
*in primis desiderata sunt: 1.) consensus contrahentium matrimonialis*  
*eorumque, quorum consensum concurrentem leges legitimum*  
*exposcunt; 2.) publica declaratio solennisque coniugii in fo-benedictio-*  
*cietate ciuili manifestatio, vt cohabitatio coniugalis ab aliis ad nuptias*  
*inordinatis coniunctionibus distinguatur, & simul certitudo *desidera-**  
*prolis familiarumque habeatur. Ille perficit matrimonium tur.*  
in se & sua intima essentia; *hec* vero ex ratione status ciuilis  
requiritur, & a quolibet imperante determinari poterit. V-  
trumque desideramus ad matrimonium legitimum. Sicut e-  
nim legislator pro salute reipublica integrum est, quibuscum-  
que subditorum negotiis *formam certam* praescribere, vt, hac  
non seruata, actus sit irritus, licet abstrahendo a lege ciuili per  
se talis forma haud necessaria sit, arg. *I. de I. & I.*; ita in sponfa-  
libus & matrimonio contrahendis, boni publici gratia, legislato-  
res certa solennia, quæ formam eorum constituunt, introdu-  
xerunt, quibus non seruatis, ea validitate sua in vita ciuili ca-  
rent. Sponsalia in plurimis prouinciis sine testibus infirma  
sunt, licet alias, deficiente tali lege, solo consensu contra-  
herentur. Quidni itidem quoque de *matrimonio* affereremus,  
de quo vt publice constet, reipublicæ magnopere interest?  
Constituit illud haec tenus *consensus matrimonialis*, & vbi leges  
nihil veterius desiderant, quamvis id minus commode fieri su-  
pra dictum sit, illud subsistit citra ullum solennium concur-  
sum. Ast vbi *solemnitas quedam publica pro forma* eius adhi-  
benda est, citra eam matrimonium validum concipi non po-  
test, cum actus, sua forma definitus, sit ipso iure nullus.  
Si a thesi ad hypothesis transimus, ex antea dictis mani-  
festum erit, *benedictionem sacerdotalem*, a legislatoribus ex in-  
stituto ecclesiarum priuato approbatam, contrahendisque ma-  
trimoniis impositam, & ex eadem potestate legislatoria quo-  
que adhuc hodie in nostris prouinciis retentam, ordinatio-  
nibusque ecclesiasticis prescriptam esse; adeoque non dubium  
est, quin hodie solennia sacra, quamdui illa haud mutata fu-  
erint,

erint, ad constitutionem matrimonii omnino necessaria sint, postquam legibus publicis pro forma matrimonii præscripta sunt. Neque ergo *situs consensus matrimonialis* constituit matrimonium, neque *sola benedictio sacerdotalis*, sed utrumque concurrere debet. Imo ne quidem ille sufficit, sed *legitimus esse* debet, hoc est, secundum leges & ad earum præscriptum attemperatus, adeo, vt, si hic illegitimus & a legibus prohibitus sit, veluti inter personas, quæ matrimonium contrahere prohibentur, vel quæ sine aliorum consensu contrahere nuptias negueunt, matrimonium tale nullum sit. Recte in hanc rem ait CYRILLVS *Alexandr. lib. II. in loban. c. 4.*, non qui ex voluptate fit coitus, sed qui secundum legem est consensus, & quæ casto amore coniunctio existit, inculpatas nuptias efficiunt.

*Varia Dd.* §. XXI. Hæc quamvis recte rationi consentanea videantur, & ex potestate Principum circa matrimonia apertissime circa confluant, qui modum & rationem contrahendi matrimonia sub poceptum & na nullitatis prescribere possunt; variaat tamen eruditus circa rationem conceptum & necessitatem benedictionis. HIERON. BRÜCKNER. in *benedic. matrim. c. 1. n. 57.* illam non *de essentia*, sed *tantum decori coniugii esse*; cap. 2. vero n. 16., eam tanquam testimonium publicum coniugii Christiani legitimi requiri, ait, quæ tamen non satis cohaerent, cum ratio *decori* non sufficiat, ut aliquid absolute & sub forma desideretur, adeoque ad substantiam matrimonii legitimi non pertineat. MICH. HAVEMAN. *tr. de iure connub. sacerdotalem benedictionem necessariam esse* docet, non ut *formam*, sed *ut causam efficientem*, non ex natura coniugii, nec ex mandato diuino, sed ex constitutione ecclesiastica & ciuili intuitu honestatis publicæ introductam. Ideo forsitan hanc ipsam *ad formam matrimonii* referre recusavit, quod forma interna, seu essentia in consensu legitimo matrimoniali consistat. Verum cogitare debuisset, dari quoque *formam externam* a legibus negotiis ciuilibus præscriptam, quæ eandem fere cum *interna* efficaciam habet, si de validitate actus in foro ciuili quæstio est. Sed forsitan *ad causam efficientem proximam* ideo eam desiderauit, ut *sacerdotio* ex *quorundam pontificiorum doctrina ius confi-*

stituendi matrimonium & copulandi, vti loquuntur, desponsatos eo efficacius tribueret, id quod merito repudiandum est. PERETZ. ad C. tit. de nupt. n. XII. ad honestatem, non ad necessitatem illam pertinere ait, ita, vt omitti non debeat, sine ea tamen matrimonium contractum subsistat. Verum confundit regulas honestatis in se consideratas, quæ vtique non absolute necessitatis, cum illis, quæ a legibus ex ratione ciuili pro forma prescribuntur. Non sola honestatis ratio solemnum declarationem conjugalem desiderat, sed ipsa status ciuilis necessitas, quæ non vniue decorum intendit, nec figura ceremonialium incaute amplectitur, sed ex rationibus prægnantibus necessarium dicit, publicam declarationem, quæ quomodo manifestetur, determinat, constituit, & ita pro forma iniungit. Siue ergo ad hoc benedictionem sacerdotalem, siue aliud medium prescribat, perinde est, ipsiusque arbitrio relictum. CARPZ. lib. II. iurisprud. const. def. 142. maiorem necessitatem inculcat, eamque iuris diuini & naturalis esse censet, quod (1) DEVS benedictione vlus fuerit in paradiso; (2) quod per hunc ritum Deus coniungat desponsatos mediate, iuxta illud: *quos Deus coniunxit, homo non separat*; (3) quod nitatur iure naturali, dum omnes fere gentes, honestatis amantes, adhibuerint in solemni ista copulacione ministrum sacrum. Haec si vera sunt, ne quidem a Principe in quacunque republica christiana tolli & in eius locum aliud medium publice declarandi consensum substitui potest. Rectius sine dubio censuit HILDEBR. de nupt. veter. Christian. offendens, nec iure diuino, nec naturæ, nec ciuili Rom. benedictionem sacerdotalem necessariam esse, in quo plerosque Theologos & ICtos assentientes habet. Crassiori sane philosophia vti non potuisse CARPZOV., qua Dei vicarios sacerdotes constituit, consentitque, horum opera intermedia Deum copulare desponsatos: id quod si verum est, adeo absolute necessitatis est sacerdotalis copula, vt pessime olim inter Christianos maxime tempore IVSTINIANI fuerit omissa, nec hodie Principes constituere possint, vt ea in posterum omitteretur.

§. XXII. Quod nostrates tam mirifice titubent in hac ma-

*Cause barteria,*

*xum du-  
biorum.*

*Pontifi-  
cum dis-  
cors sen-  
tentia.*

teria, id non tantum ex minus accurata rerum moralium negotiorumque ciuilium consideratione, sed etiam ex traditis iuris canonici, quibus magis inhærere amant, quam rectam rationem sequi, deriuandum est. Noto notius est, duo sponsalium genera ius canón. vel fingere, vel constituere. Primum quod veram rationem sponsalium habet: secundum, quod in matrimonium transit, quando scil. verba, consensum de presenti matrimonio inducentia, adhibita fuerunt; hoc quippe statim matrimonium constituere censuerunt, ad effectum, vt indissolubile vinculum constitueretur, c. 9. 15. 22. & 31. X. de sponsal. duor. Vnde collegerunt, benedictionem tantum ad solennitatem & probatorem; non vero ad efficiam requiri, sufficere solum consensum matrimoniale &c. Et quidem pontificii hac in re sibi non satis constant, dum solum consensum matrimoniale coniugium constituere astrarunt, & tamen simul sacerdotali copulationi multum tribuant, imo hodie iuxta Concil. Trident. sess. 24. c. i. de reformat. non amplius ita philosophaturi sunt. Iam LVTHERV suo tempore satis grauter monuit, has ineptias Canonicas relinquendas esse, quæ non possunt ordinem rerum moralium conceptumque turbare. Quid enim ineptius est, quam astrarere, solum consensum matrimonium constituere, vbi leges pro forma amplius quid desiderant, nec in solo consensu coniugatorum subsistunt? E contrario qui copule sacerdotali nimirum tribuant, iridem decepti videntur ex illis rationibus, quas CARPOV. in scenam produxit, & ex conceptu de sacramento matrimonii, quod per interuentum ministri ecclesie constituendum esse plures ex pontificiis docuerunt, quamvis nec in hac doctrina inter se consentiant, vid. WIESTNER. ad tit. X. de spons. n. 154. Stet ergo sententia, benedictionem sacerdotalem ex prescripto legum publicarum esse necessariam, vt per benedictionem illam consensus matrimonialis publice declaretur. Nihil enim definitum haec ipsa aliud est, quam solennis declaratio consensus coniugalis coram ecclesia publice facta adhibitis a ministro ecclesiae pannis precibus & votis. Omisi illa, quæ GERHARD. in loco de coniug. §. 62. addit de copulatione a ministro ecclesiae facta. Hic enim

enim non coniungit, non copulat desponatos, sed eorum consensum exquirit, & editum publice pronunciat, manifestatque; adeoque formula consuera, quis sacerdos copulare dicitur desponsatos, admodum incongrua est & merito immuranda.

§. XXIII. Cum itaque in arbitrio legislatoris sit, formam *Princeps* matrimonio contrahendo praescribere, vel receptam in eccl<sup>e</sup> *disponit* *sua iure de* *bis solen-*  
*nibus,* *in lib. I. de matrim. c. 32.* distinguunt inter ea, quae sunt in matrimonio *politica potestatis*, & quae *spiritualis*, & ad hanc benedictionem sacerdotalem referentis. Abunder ille suo sensu ex principiis Rom. ecclesiae. Nos in benedictione sacerdotali nil, nisi ritum ecclesiasticum a Principe confirmatum, & liberum receptum agnoscamus, & quia modus rem constituendi est arbitrarius, hinc etiam a Principe immutari potest. Sic in Bel.<sup>o</sup> per *legio* *matrimonium*, citra talem copulationem, coram magistris possunt tu contrahitur, & ita contractum matrimonium legitimum o<sup>r</sup> tolli;  
mnino censendum est, ut ipse SPENER. Vol. II. Confid. theol. ger-  
man. c. 4. sect. XII. p. 907. statuit: Dahero nicht nur der ungläubigen Ehe wahrhaftig und so ferne an ihren Personen etwas seyn kan/ Gott gefällig achte/ sondern auch davor halte/ da in Holland einiger wie es geschiehet/ alleine auf dem Rathause ihrer Ehe Erlaubniß bekommen/ so an statt der Copulation gültig ist/ daß an solcher Ehe nichts ermangle. Sunt tamen multi hac in re admodum scrupulosi, & ne quidem in huiusmodi locis, vbi cessat hec solennitas, se in legitimo matrimonio citra hanc copulam vivere *matrimo-*  
*consent*, ut ex sequenti RESPO NSO FACVLT. IV R ID. *buius loci* *no ineun-*  
*no. 1713.* mensē lūnō eo concepto liquet, quod totam hanc materiam do viden-  
*optime illustrat:* Hat Caia sich vor ohngefehr 3. Jahren in Leipzig  
*mit Titio, einem Kaufmann in Holland, ehrlich und rechtes beständi-*  
*ger weise verlobet/ und nachdem nunmehr die Zeit/ die Ehe zu vollzie-*  
*hen/ heran nahet/ ist gedachter Titius Bedenken getragen/ sich mit der*  
*Caia, hiesiger Landes/ Gewohnheit nach/ copuliren zu lassen/ unter*  
*dem Vorwand/ daß die priesterliche Copulation überflüssig/ und das-*  
*gegen*

gegen in Holland eingeführet sey/ daß die Verlobte bloß in Gegenwart der Maths. Personen ihre Nahmen in das Ehe-Buch einschreiben müssen/ und wir daher gefraget:

Ob die priesterliche Copulation ein nothwendiges Stück der Ehe sey/ und ob ohne dieselbe an Oertern/ wo das Ehe-Buch eingeführet/ Braut und Bräutigam die Ehe zu vollziehen und ehrlich bessammen zu wohnen/ ohne Sünde zu begehen befugt seyn kan?

Ob nun wohl die Einsegnung ein sehr alter löblicher Gebrauch ist/ die bei Einsegnung der Ehe selbst von Gott gebraucht worden/ daß daher es das Ansehen gewinnet/ als wenn Gott selbst durch sein Exempel zur priesterlichen Copulation und Einsegnung den Weg gebahnet/

HILDEBRAND. de nupt. vet. Christ.

wie denn auch bey den Juden im alten Testamente die Ehe mit öffentlicher Einsegnung vollzogen worden/

GERHARD. de Coniug. §. 59.4.

und noch heute zu Tage also vollzogen wird/ welchem alten löblichen Exempel die ersten Christen gefolget zu seyn scheinen/ als welche davor gehalten/ aliter legitimum non esse coniugium, nisi sacerdotaliter, vt mos est, cum precibus & oblationibus a sacerdote benedicatur:

c. 1. C. 30. q. 5.

folglich es als ein allgemeiner Kirchen-Gebrauch anzusehen/ welcher umb guter Zucht und Ordnung beizubehalten/ nicht wohl unterlassen/ noch ohne Sünde hindangesehet werden kan/ welches im gegenwärtigen Fall umb desto mehr zu statuiren/ da die sponsalia in Leipzig geschlossen/ und die Ehe ordentlicher Weise daselbst vollzogen werden muß/ wo die Braut ihr domicilium hat.

SCHILTER. Instit. iur. can. lib. II. tit. XI. §. 9. in fin.

Weil aber dennoch aus den angeführten rationibus von selbsten erscheinet/ daß die priesterliche Copulation ein bloßer Kirchen-Gebrauch/ und nicht iuris diuini sey/

HILDEBR. cit. tr. circa fin.

also/ wo die Ehe an solchen Orten vollzogen wird/ alwo dieser ritus eingeführet/ es allerdings nothig und billig ist/ daß die priesterliche Trauz

Trauung adhibiret werde/ cum iuris sit, actum quemcunque expedientum esse secundum solennia loci, vbi geritur,

*arg. l. 6, de ead.*

*HERT. de collis. leg. sect. 4. §. 10.*

auch solchergestalt ohne Sünde nicht unterlassen werden kan; in Ge-  
gentheil wo solcher nicht eingeführet ist/sondern die Ehe vor bündig ge-  
halten wird/wenn die Verlobten in das Ehe-Buch ihre Nahmen ein-  
geschrieben/ und auch daselbst die Ehe vollzogen wird/so wohl/denen  
Rechten/ als Gewissen nach/die Verlobten an die priesterliche Trau-  
ung nicht verbunden sind/ wie denn auch selbsten die Pontifici, die  
sonst sehr strikte auf die priesterliche Copulation sehen/darin eins sind/  
quod in solennibus circa matrimonium consummandum ob-  
seruandis respiciendum sit ad solennia loci, vbi matrimonium  
contrahitur;

*c. i. X. de sponsal. ibique Gonzall. n. 21.*

Hiernechst nicht gesaget werden mag/ daß die priesterliche Trauung  
durchgängig bey denen ersten Christen als ein nothwendig Stück zum  
Ehestande sey erforderet worden/ auch der angeführte Ort aus dem iu-  
re canonico keinesweges dem Euaristo zuguschreiben/ sondern von  
dem Gratiano aus des Isidori unrichtigen und falschen epistolis de-  
cretalibus Pontificum hergenommen ist/

*BLONDELL. in pseudo-Ifid. p. 147. seq.*

in Gegenthel man nur soviel aus denen Kirchen-Historien findet/ daß  
die Verlobten ihre Ehe öffentlich der Gemeinde kund gemacht/ und  
darauf die Einführung zwar erfolget; solche aber nicht sofort vor einer  
priesterlichen Copulation zu halten;

*TERTVEL. lib. II. ad uxor. c. 8.*

Dahero denn auch die Nothwendigkeit derselben zu des Iustiniani  
Zeiten noch unbekannt gewesen/ als welcher in seinen Gesetzen dieselbe  
nirgends erforderet/ sondern erst per modum legis von dem Leone  
Philosopho eingeführet worden;

*Nou. Leon. 89.*

also daraus erhellet/ daß dies ein solcher ritus sey/ der per leges ciuiles  
& ecclesiasticas gehoben werden könne/ woraus denn so wohl die

E Theologi,

Theologi, als ICti schliessen / daß die priesterliche Trauung kein  
nethwendig Stück des Ehestandes sey /

HILDEBR. cit. l. DEDEKENN. p. 3. conf. theolog. lib. 2. de  
seonsal. scđt. i. n. 41. STRVV. ex. 10. th. 26. CARPZ.  
lib. II. jurispr. eccles. def. 144. n. 4. MULLER. ad  
Strau. cit. l. lit. z. STRYK. ad ius eccles. Brunnem.  
lib. II. c. 10. §. 6.

sondern die Ehen / welche in Holland nach dasigen Gebrauch geschlos-  
sen und vollzogen werden / auch von unsern Theologis selbsten vor bün-  
dig gehalten werden /

GERHARD. de coniug. th. 408.

und ob wohl regulariter die Ehe an den Ort wo die Braut wohnet /  
vollzogen wird / dieses dennoch keine absolute Nothwendigkeit ist / son-  
dern mit der Braut Bewilligung auch in foro domicili sponsi con-  
summiret werden mag :

So halten wir davor / daß die priesterliche Trauung kein we-  
sentliches Stück des Ehestandes sey / mithin wenn die Ehe an  
dem Ort vollzogen wird / wo das Ehe-Buch eingeführet / solche  
mit Recht und guten Gewissen unterlassen werden kan. V.  
R. W.

*Cause pro-*  
quis institutis immutandis caute procedere & ex regulis pru-  
bet in im- dentiae optime iudicare debet, an consultum sit, aliquid in-  
mutandis nouare? ita quoque in nostris ecclesiis circa mutationem hu-  
sileibus. ius ritus, qui haecenus tam altas radices egit, regulæ consilii &  
iuris distingui debent. Hanc potestatem principi protestan-  
ti de iure competere, conclamatum esse arbitror, cum ipsa be-  
nedictio sacerdotalis sit quidem ritus ecclesiasticus, sed apud  
nos non ex instituto & imperio ecclesie, quod non agnoscimus,  
sed ex lege Principum civili obtineat, & vt forma matrimonii ex-  
terna, quam princeps determinare potest, consideretur. Et  
hoc eo magis dicendum est, cum etiam circa liturgica & alia a-  
diaphora ecclesiastica principes nostri optimo iure disponant, vt  
illust. Dn. THOMAS. dissert. de iure principis circa adiaphora &  
Dn. PRÆS. dissert. de iure liturgico multis ex rationibus ostende-  
runt.

runt. Quidni ergo multo magis in matrimonio idem principi indulgendum erit, quod ne quidem negotium ecclesiasticum est, sed, prout multis rationibus etiam inter pontificios

<sup>10.</sup> LAVNOIVS de regia in matrimon. potest. p. I. c. 9. p. 49. docuit, & saepius LVATHERVS inculcauit, contractum ciuilem constituit, ad cuius formam solemnis haec declaratio ecclesiastica libere approbata & recepta est? Sed si regulas consilii & prudentiae intuemur, multæ occurrunt rationes, que principem a mutatione & abrogatione huius ritus auocare possunt. Ple-

Difficulta-  
tes circa  
eorum mu-  
tationem  
occurren-  
tes.

rorumque lane mentibus haec est insita opinio, sine tali copulatione per se non posse matrimonium legitime contrahi, adeoque, salua conscientia, haec solemnia tolli non posse. Et quis dubitaret, quin etiam forsitan quidam inter ipsos ecclesia ministros reperturi sint, qui plebem magis in hac sententia confir-

mabunt, quam ab ea reuocabunt. Vnde non possunt non turbae, murmurations aliaque inde nata incommoda existere. Id

iam obseruauit ill. Dn. THOMAS. in not. ad HVBER. tr. de iure ciuit. I. I. sect. 5. c. 4. n. 3. lit. o., aiens: Ecclesia pontificorum matrimonium habet pro sacramento, adeoque non potest non benedictionem

sacerdotalem habere pro requisito essentiali matrimonii legitimi. Contra Protestantes matrimonium negant esse sacramentum, adeoque statuant, benedictionem sacerdotalem non esse necessitatis, sed honestatis, ut ordo aliquis sit in ecclesia & republica. At res, que ad ordinem pertinent, & honestatem, non ad regulas iusti sed decori saltum respicientem, sunt adiaphore, & scilicet subsunt imperio magistratus.

Et adeo iuste poterit benedictione sacerdotalis abrogari a magistratu christiano, ut etiam in Belgio matrimonia quarundam sectarum,

que ibi tolerantur, sunt absque benedictione sacerdotali per confirmationem solam magistratus politici. Sed valde imprudenter

ageret, qui vellit consulere cuilibet magistratum euangelico, ut benedictionem sacerdotalem abrogaret. Breuiter: Ea qua iuste fieri possunt, & tamen, si fiant, saltum occasionem evidentem dant turbis in

re publica; eorumque omissione vel plane non nocet rei publicæ, vel minus nocet illis turbis, ea prudenter omituntur. Omne quidem quod iniustum est, est inutile, sed non vice versa omne inutile est iniustum,

nec ex opposito omne iustum est vitile. Facilius mutatio quedam, saluis essentialibus benedictionis, fieri posset, ratione modi, temporis, loci, cum in his etiam nonnulla deprehenduntur, quae emendari possent.

*Hodie ergo  
inter nos,  
quamdiu  
non est sub-  
lata, omitti  
negit.*

§. XXV. Quamdui ergo haec benedictio cum aliis solennibus haud est sublata, sed per constitutiones principum ecclesiasticas desideratur, illa II. omitti nullo modo potest, nec priuatorum arbitrio subiecta, cum regulariter, quae ad formam negotii externam a principibus prescriptam pertinent, a nemine sine vitio nullitatibus omitti queant. vid. CARPZ. *cir. I.* BRVCKN. *in decis. matrim. c. 2. n. 16.* Quodsi ergo ex post facto appareat, personas quasdam diu cohabitasse ut coniuges, id quod non raro, vbi ex alia causa contra eas inquisitio mouetur, prater opinionem innoscere solet, adhuc iis iniungi potest, ut, mediante copula sacerdotali, cohabitationem anteia illegitimam confirmant, quo ipso praecauteur, ne posterius pro libitu discedere possint, quod, neglecta hac forma solenni, vix euitari possit. Si mitem fere casum refert B. SPENER. *Vol. II. Consil. theol. germ. c. 4. seß.* 12. de personis, quae per 20. annos ut coniuges, sed sine benedictione sacerdotali, cohabiterunt, vbi questum fuit: vtrum benedictio sacerdotalis post hunc annorum decursum interponi debat, & an talis cohabitus pro vero matrimonio reputanda sit? Quod posterius attinet, mentem suum Vir B. his explicat verbis:

Hoff ich deshwegen/ daß diejenige Beywohnung/ da animo matrimonii Seia mit einem Mann 20. Jahr gelebet/ aber die benedictio sacerdotalis aus bedeuteter Ursache ausgelassen worden/ eine wahre und bündige Ehe so wohl sey/ als da jene darzu gekommen wäre: Gedoch wie sie in andern Stücken nach der communiciren specie facti unziemlich und wieder göttliche Ordnung angefangen worden/ so ist eben auch dieses ein schändlicher Fehler daran/ daß dieser so läblich von der Kirchen (und zwar eben zu Verhütung dergleichen exorbitantien/ welche hie vorgegangen) eingeschaffte ritus mit Willen unterlassen und geslossen worden ist. Daher sich beide gräßlich versündiget/ und auf so viele Art und Weise diese Heil. Ordnung Gottes unverantwortlich an sich selbst profaniret haben. Bleibet also matrimonium ra-

tum,

tum, non rectum, wie mein seel. præceptor D. DANHAVERVS in dergleichen materien zu distinguiren pflegte. Darf deswegen nichts davon disputiret werden, ob sie beysammen zu bleiben haben, oder das matrimonium als nullum zu dirimiren wäre, sondern ob sie schon wolten, könnten si so wenig, als andere rechtmäßig copulirte von einander sich wiederum trennen, noch auch von einer Obrigkeit wieder die göttliche Ordnung getrennet werden. Hoc est, quod alias dici solet, cohabitationem talem, animo coniugali haec tenus continuatam, esse quidem matrimonium verum, a legibus civilibus abstracto, sed illegitimum in foro humano, cum ei defint solennia, pro forma substantiali requisita. Si ergo alteruter ex cohabitantibus iam decesserit, veritate rei comperta; coniugi superstiti non esset portio statutaria attribuenda, que tantum legitime coniugatis debetur, nec dici posset matrimonium putatum, quod, vtroque huius vitii gnaro, contractum est, cum putatum matrimonium ad minimum bona fide viuis & solenniter contrahi debeat. vid. HERT<sup>4</sup> diss. de matrim. putat. § 7. & 17. Similiter alia iura, inter coniuges alias obtainentia, cessabunt, quia, vbi deficit legitimum matrimonium, nec vir, nec vxor, nec dos, nec matrimonium intelligitur, vt dicitur in §. XI. Inst. de nupt. Secundum haec principia liberorum status quoque admodum dubius erit, quod factis aperte indicat IMPERATOR et. l. Quamvis enim de hoc effectu, de quo hic ago, minime loquatur; in genere tamen contendit, disponitque, coitum, contra leges suscepimus, non esse matrimonium dicendum, si vel maxime diurnior cohabitatio accesserit. Principi tamen Princeps hoc casu integrum foret, illegitime contractum matrimonium, tale matrimonium maxime cum hic defectus amplius suppleri non possit, sua conmonium firmare autoritate, modo eo tempore, quo aliis iam ius quesitum non est, fiat, vel saltem sine praetudicio aliorum. Quemadmodum enim in l. 38. ff. de adopt. dicitur: adoptionem non in eum potere factam a principe confirmari posse: ita indulgentia principis est confirmare, hunc defectum ex lege ciuili, alias matrimonium annullantem, supplere potest, l. 31. de rito nupt. matrimonium ita retro confirmare, vt etiam contingit in aliis casibus, vbi viuum aliquum

aliunde matrimonio inhæret, quatenus a solo principe tolli potest. Sed vix hæc principis indulgentia alium habebit esse. Etum quoad liberos, quam alias legitimatio per rescriptum principis habet, adeoque successio in feudo huiusmodi liberis adscribi nequit: facilius vero successio in allodio, maxime si pater in testamento principem implorauerit, vt hanc diuturnam cohabitationem in favorem liberorum sua autoritate confirmet, sicuti iuxta Nou. 74. c. 2. §. 1. legitimatio hoc quoque modo fieri potest, quando pater in testamento liberos naturales vocat legitimos, declaratque, se velle, ut liberi legitimati sint, sibique succedant; liberi vero post mortem patris sic supplicant, & hoc doceant, & patris testamentum ostendant, & hoc ab Imperatore consequantur, vt id, quod agitur, patris simul & imperatoris donum sit, vel quod idem est, natura simul & legis. Nec tantum quoad liberos, verum etiam quoad superstitem coniugem hæc indulgentia principis effectum habebit, ne vlla ex illegitimo coitu macula ei adspergi queat, sed in tali statu permaneat, in quo haec tenus communii errore fuit, dum publice creditum fuit, eam fuisse legitimo matrimonio marito defuncto coniunctam, simulque ex bonis mariti, qui sedulo in testamento suo hanc gratiam principis vrst, portionem legitimam consequi queat.

Quando-  
que adduc  
tio inde  
post dia-  
turniorem  
cohabita-  
tionem.

§. XXVI. Quod si vterque coniugatorum adhuc in viuis adhibetur posse di-  
succurri queat, vt in matrimonium legitimum eualefac? Rur-  
sus hic puto, alias esse partes iudicis ecclesiastici, alias principis. Il-  
lius non aliæ sunt partes, quam vt solennia consueta iuxta le-  
ges prescriptas cohabitantibus iniungat, & ita hunc defectum suppleat, quamvis ad omne scandalum evitandum consultius omnino sit, vt talis benedictio haud fiat in publico coetu, sed priuatim in ædibus vel pastoris, vel alibi, iuxta prescriptum Consistorii, quod eo magis tunc admodum conducibile est, si defectus non publice notorius, sed tantummodo sacerdoti manifestatus est. Quod consilium etiam approbat SPENER cit. l. p. 570. Quamvis enim in tali casu benedictio non neces-

necessaria videatur, cum de occultis non iudicet nec forum, nec ecclesia; facile tamen contingere posset, ut ex postfacto adhuc ille innoverit, quo ipso plura incommoda antea adducta metuenda essent. Præterea quoque hoc casu confuetæ formulæ, alias in copulatione sacerdotali adhiberi solitæ, ita essent transponendæ & immutandæ, ut ad casum præsentem applicari congrue posseant, illaque magis confirmatio cohabitationis huius illegitimæ, quam noua quedam copulatio esse videatur, de quibus omnibus Consistoriorum prudenter prouidebit. Quia vero talis præposta benedictio non adeo congrua esse videtur; <sup>Quæ sint principes</sup> ita, quod ad principem attinet, non dubium est, quin, hac prorsus omissa, talem diuturniorem cohabitationem confirmare & pro legitimo matrimonio declarare possit. Fluit hæc obseruatio ex iure dispensandi principis circa solennia consueta. Quæ licet regulariter omitti nequeant; hoc casu tamen ex principiis arbitrio omitti possunt, maxime cum sepius sine difficultatibus suppleri nequeant. Exemplum illustre, non adeo absumile, refert HARDOVIN. DE PERE FIXE dans l'histoire du Roy Henry le grand ad an. 1529. p. 281. circa matrimonium Catharinae, sororis HENRICI IV. & sacris reformatorum addicæ, cum ducce Barrensi, ritus Romanæ ecclesie sequenti, contrahendum, vbi ingentes difficultates circa benedictionem sacerdotalem coortæ sunt. Quo usus hac in re sit consilio HENRICVS IV. prælaudatus autor his enarrat verbis: Il y eut de la difficulté pour le lieu & pour la ceremonie de la célébration de ce mariage. Le Duc voulloit qu'il se fût à l' Eglise, & la Fiançée qu'il se fût au presche. Le Roy trouva un milieu: il le fit faire dans son cabinet, où il amena sa sœur par la main, & ordonna à son frère nassuel, qui estoit Archevesque de Rouen, il y avoit environ deux ans, de les marier. Ce nouvel Archevesque en fit du commencement quelque refus, alleguant les Canons qui le défendoient; mais le Roy lui représenta, que son cabinet estoit un lieu sacré, & questa présence suffisait au défaut de toutes solennitez: Apres quoy le pavre Archevesque n'eut pas la force de résister. Quamvis enim in hoc casu solennia sacra non prorsus fuerint omitta; non omnia tamen, quæ ex ritu Romanæ ecclesie adhuc

adhiberi debebant, adhibita, quæ tamen omnia sua præsentia se supplere posse rex M. censuit. Quidni ergo multo magis inter protestantes hoc principi permisum sit, vt in hoc casu extraordinario sua indulgentia legis positiva defectum suppletat, præcauearque, ne vel ex hac immatura copula sacerdotali superficie, plerisque maxime familiaris, alatur?

*An liberi ex sponsa ut hæc solennis declaratio, quæ fit coram ministro ecclesiæ, nati sint adhiberi non possit. Quid enim si sponsalia legitime fuerint legitti, contracta, & postea sponsa a sposo imprægnata; sponsus au- si benedi- tem hoc facto a sponsalibus consummandis prorsus alienus esse dicio sacer- videatur? Evidem non dubium est, quin, iis probatis, per dotis acce- sententiam decerni possit: das Beil. vermittelst der priesterlichen Copulation die Ehe Verlobniss zu vollziehen schuldig sey. Quid ne- queat ob- fugam sponsi.*

§. XXVII. Poteſt etiam præterea aliis ex causis accidere, vero si discesserit, vt effectum sententiæ fuga sua eludat incas- sumque reddat, nec ſpem reuertendi villam faciat? Casum hu- iuſmodi ante annos aliquot Facult. illuſt. iurid. oblatum fuſſe, ex relatione Dn. PRÆSID. habeo, vbi, præſto a sponsa im- prægnata iuramento ſuppletorio, iudicatum fuerat, ſponsum refractarium ad matrimonium consummandum cogendum eſſe; interim vero ille euaserat, nec ſpes reuertendi ſupererat. Qua de cauſa, actis ad Facultatem predictam transmissis, iudi- catum fuit, imprægnata pro vxore eius legitima habendam & declarandam eſſe. Quamuis enim ſolennia ecclesiastica haud interuenerint; hæ tamen circumſtantia merito attendenda fuerunt: (1.) sponsalia valide inter has personas fuſſe contra- data: (2.) eis accessisse concubitum, quo ipſo consensus matri- monialis, quamuis occulte, editus erat: (3.) ſententiam de ma- trimonio publice quoque contrahendo fuſſe latam, eamque in rem iudicatam transiſſe, quæ aliter executioni dari non potuit, quam ut imprægnata pro absentis legitima vxore publice de- clararetur, & in bona eius immitteretur. Hoc modo non per viam dispensationis, quæ ſoli principi relictā eſt, ſed potius ex- ecutionis, vt iudicatis ſuſus vigor daretur, ſolennia ecclesiastica per iudicem ecclesiasticum interim omittuntur, quæ tamen, re-

reuerio potea ipso, iine dudio adhuc interuenire debent. Breuiter: talis sententia declaratoria est instar *decreti interimistici*, seu *sententia prouisionalis*, quam interim, donec impedimentum remotum fuerit, etiam iudex decernere potest, licet alias ipsi integrum haud sit, a legibus præscriptis recedere.

§. XXVIII. Ex his, quæ iam plenius deducta sunt, mani- *Quid si*  
festum est, non satis in ruto positam esse sententiam alteren- *mors sponsi*  
cium, liberos ex despontatis natos esse legitimos, si vel maxi- *interuenient*  
me mors sponsi interuenierit, vt *benedictio sacerdotalis sponsa* rit, ut be-  
libus, concubitu consummati, accedere haud potuerit. Ita *neditio*  
censet BRUCKNER in *decis. matrim. c. 2. n. 17.* HAHN. ad *Weisenb. accedere*  
*tit. de nupt. n. 5.* COTHMAN. Vol. I. resp. 10. & 78. CARPZ. P. III. nequeat? 2  
c. 14. d. 12. CYPRÆVS de iure connub. c. XI. §. 21. STRVV. exerc. 29.

§. 26. inf. Equidem in Saxonia per *decis. nou. 49.* cautum est:  
Dass die vor der Trauung erzeugten Kinder als ehrliche und rech-  
te Erben zu der Eltern Erben und Verlassenschaft auf begebende  
Fälle zugelassen; die Eltern aber nichts destoweniger wegen ihrer  
Begünftigung bestrafst werden sollen. *Huic decisioni merito ac-*  
*quiendum, cum princeps sit arbiter externorum solennium,*  
*& circa formam negotiorum externam dispensare possit; mul-*  
*to magis ergo lege publica exceptionem formare queat.* Ast,  
deficiente huiusmodi decisione publica, sententia adducta ad-  
modum lubrica videtur. Quæ COTHMAN. cit. l. affert, pe-  
tunt id, quod est in principio, vel ad minimum ad statum ec-  
clesiarum nostrarum, in quibus matrimonia publice per hie-  
rologiam contrahenda sunt, applicari nequeunt. Ait: *Con-*  
*sensum facere nuptias, solo affectu matrimonii contrabi, sponsam iam*  
*esse vxorem, concubitu consensum matrimoniale esse declaratum,*  
*sponsalia ipsa esse verum & indissoluble matrimonium, & denique*  
*benedictionem sacerdotalem non pertinere ad veri matrimonii substan-*  
*tiam.* Examinat plenius has rationes HOCHMANN. de be-  
nedit. nupt. cap. 6. §. 7. easque tanti non esse, vt iis inhären-  
dum sit, ostendit. B. STRYK. in not. ad BRUNNEM. ius eccl. lib. II. c. 16. §. 6. verbo: *succedit ut legitimus: distinguit inter suc-*  
*cessionem ex iure ciuili feudalique, & quæ per statutum liberis de-*

F betur.

betur. Ab hac liberos excludendos censet, cum, quos statuta pro legitimis non agnoscent, illis nec deferant successionem statutariam; nequitam vero ab illa, cum legitimitas non sit estimanda ex legibus ecclesiasticis, sed ciuilibus, vbi sufficit, inter parentes verum consensum matrimoniale interuenisse, praesertim cum ius canon. non dissentiat. Verum si solo iure ciuili viuendum foret, forsitan haec distinctio tolerari posset. Ast cum omnia negotia primario estimanda ex iure patrio proprio & legibus prouincialibus, quae benedictionem hodie pro forma matrimonii desiderant, non amplius natura matrimonii estimanda est ex iure ciuili, quin potius ut iure ciuili matrimonium, non rite initum, nullos habebat effectus; ita etiam hodie de matrimonii non rite celebratis merito idem asserendum est. Facile concedimus, despontatos per concubitum edidisse consensum matrimoniale; ast haec declaratio inordinata legibus publicis contraria & illegitima est. Quis vero huic posset esse datum legitimii matrimonii tribuere? Cum ergo haec quæstio tam infinitis sit inuoluta dubiis & scopolis impedita, consultius pro eiusmodi sponsa imprægnata est, vt mox principem adeat, sponso mortuo, petatque, vt sua auctoritate defectum publice & solennis declarationis suppleat, & sponsalia, per concubitum confirmata, per viam gratia pro legitimo declarat matrimonio, id quod tamen caute & re adhuc integra faciendum est, antequam scilicet proximiores defuncti cognati haereditatem adierint, quia hoc facto illis iam esset ius quæsumum, quod iis principes auferre non facile posset.

*Nihil operatur sacerdotalis beneficio, ut, si vel maxime benedictio sacerdotalis interuenerit, vitium tamen aliunde huic coniugio, de facto contracto, inhibetur, reat, illud nullum & irritum sit, quin hanc principis in legibus si consensus pateretur, haud fuerit adiecta, evidenter liquet ex I.5. C. de LL. vbi cautum: mus deficit. ut legislatori, quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat, ceteraque quasi expressa ex legis voluntate licet colligere, hoc est, que lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum iniuria, sed pro inferis*

Eis habeantur : licet legislator fieri prohibuerit tantum , nec specialiter dixerit , inutile esse debere , quod factum est . Quamuis enim in proposita specie benedictio sacerdotalis interuenierit ; haec tamen sola non constituit matrimonium , nisi consensus eorum , quorum interest , legitime interuenierit , omnique caret vicio . Questio vulgata est : an matrimonium contractum a liberis , insciis parentibus & benedictione sacerdotali firmatum , ratum habendum sit , ut parentes reluctantis illud impugnare & declarationem nullitatis petere nequeant ? De iure romano & canon . consensum parentum ad matrimonia liberorum omnino desiderari notio notus est , de quo fuisus agit CLAVD . ESPENCAEVS de cland . matrim . c . 1 . & seqq . Supra iam § . X . adduximus locum TERTULLIANI , dicentis : nam nec in terris filii sine consensu patrum & recte & iure nubunt ; adeoque id haecenus omni caret dubitatione , sponsalia ita contracta esse irrita . Sed grauiora dubia mouent , si his clandestinis sponsalibus iam accessit copula sacerdotalis , quæ forsan haud incidenter , si nostrates principiis iuris canonici , sibi tamen non satis constantibus , non adeo immersi forent . Quæ hac in re sint ineptiae GRATIANI & LOMBARDI , Ecclesie plenius ostendit ESPENCAEVS cit . l . c . 20 . simulque c . n . & 12 . de- Romanæ cretales quorundam pontificum examinat , secundum quas ma- trimonium , iniussu parentum contractum , ratum iudicatum fu- male co- sit . In iure canon . tanta vis tribuitur hierologiae , vt , licet parenti- berens do- bus reclamantibus , matrimonium tale pro legitimo habeatur . Grina . Ita censuit LVCIVS III . in cap . de raptor . X . , ita INNOCENT . III . in c . 6 . X . de condit . opos . ita quoque ALEXAND . III . in c . 13 . X . de sponsat . & denique patres TRIDENTINI in sess . XXIV . de reform . c . 1 . eosque anathemate damnant , qui ea vera ac rata esse negant . Et tamen , quo absurdius fingi nequit , addunt , sanctam ecclesiam ex iustissimis causis illa semper detestata fuisse ac prohibuisse . Quia de causa ex merito hanc Romanæ ecclesie doctrinam male co- hærentem exagit MART . CHEMNIT . in exam . concil . Trident . p . II . loc . XIV . ad can . 12 . § . 7 . 609 . & seqq . Audi vero , ait , qualia ci- tius data Tridentina synodus de hac questione statuat . Fatetur , eccle- siam talia clandestina matrimonia semper detestata esse atque pro-hibu-

bibuisse: & tamen simul damnat eos, qui ea vera ac rata esse negant. Potestne igitur detecta & prohibita coniunctio facere verum matrimonium? hoc est, detectanda & prohibita coniunctio, iuxta Tridentinum concilium, est legitima & diuina coniunctio. Non obscure IO. LAVNOIVS de reg. in matrimonio potest. p. 302. hanc suggestum sententiam, inquiens: Nam si Tridentini patres petiissent a summis principibus legem, qua clandestina matrimonia reddeverunt causa & irrita, occurriissent facile malis, que matrimonia huicmodi parviant, & se a tanta sententiariarum varietate, in qua versabantur, liberassent. Ita egregie homo, doctrinæ Romanæ ecclesiarum imbutus, agnoscit potestatem principum circa irritationem horum matrimoniorum clandestinorum, nihilque adeo soli sacerdotali benedictioni, quamvis haec admodum imperium clericale in hac questione stabiliat, tribuendum iudicat. Recte vero p. 303. addit: Parentes condere non possunt legem, qua filiorum matrimonia sine suo consensu facta solvantur, cum legis condenda potestate careant. Sed condenda legis materiam, paternum obsequium & reverentiam suppeditant principibus, qui legem ea de re ferre sine dubio possunt. Princeps ipse, non qua pater, sed qua princeps est, fert legem, qua contracta a filiis suis sine suo consensu matrimonia rescindantur. Quid ita? princeps, ut pater, priuata gerit personam; Princeps, ut princeps est, publican. At ferre legem persona est publica, non priuata; alioquin quot in regno priuati essent homines, tot essent legumlatores. Quo nihil est insufficiens?

Ipse LUTHERVS suo tempore ao. 1544. hac de quæstione gravissimam admodum litem ICtis Vitebergensibus, iuri de clandestin. canon. nimium inhærentibus, mouit, vt ipse in epist. 25. in fino ma- supplement. a Dn. RVDDEO edit. fatetur: Ego, scribit, tibi matrimonio. teor in hoc anno sic me acceptum, ut in vita mea & in tota causa euangelii nunquam fuerim perturbator. Oritur enim mihi cum Iuristi negotiis acerrimum de clandestinis sponsalibus, & quos speraveram fidos euangelii amicos, experior hostes acerimos. Addit post pauca: Intrinseci hostes plus nocent, quam externi, vt Iudas inter Apostolos; sed viri crucifixus, & perit crucifixor, amen. Ipsam litem plenius enarrat SECKEND. in bistor. Luther. lib. III.

scit



*Jet. 32. §. 126.* additque, vehementer offendisse LUTHERVM, quod secundum pontificis leges decidere non difficeret, adeo, ut minas spargeret, se editio tractatu eos refutaturum esse. Re ad Electorem delata, rescripto praecepit, vt de hac re Theologi & Icti amice conferrent, & absque detrimento doctrinæ Christianæ, a LUTHERO propositæ, concordarent, posthabitis legibus pontificiis. Res tamen exitu caruit, cum mox LUTHERVS Viteberga discederet, & post biennium decederet. Inde sine dubio factum, vt post ea tempora hæc sententia in Consistoriis passim approbata fuerit. Verum prudentius sine dubio Potentissimus Rex Borussia, FRIDERICVS, in consil. von Verlöbnissen und Ehe-Sachen av. 1694. §. 15. & 16. apud STRYK. de dissensu spons. p. 344. ita edixit: Wäre es auch Sache/ doß/ gleichwie bereits oben Erwähnung geschehen/ das matrimonium absque parentum consensu per copulam carnalem & benedictionem sacerdotalem von den Kindern heimlich und de facto vollzogen worden: So soll in der Eltern freyen Willen stehen/ ob sie einen von vorgedachten Wegen erwehlen/ oder bey Unserm Consistorio, um gänzliche Cassation und Aufhebung solcher Ehe anzuhalten wollen/ immassen dann dergleichen Beginnen nicht allein sub lege punitionis, sondern auch nach Gelegenheit der hierbei etwa vor kommenden Umstände/ gar sub lege annulationis, hiermit ausdrücklich verbothen wird. Die Zeugen und andere/ so zu Stiftung solcher heimlichen Verlobnüs sich gebrauchen lassen/ oder sonst Anleitung und Vorschub darzu gehan/ ingleichen die Prediger/ so die oberwehnten Copulationes zu verrichten sich unterstanden/ sollen ebenfalls willfährlich/ doch exemplariter, angelehen/ und in specie die Prediger mit Entschzung ihrer Aembter/ oder sonstem bestraffet werden.

§. XXX. Simili de causa si aliunde vitium in coniugali consensu apparet, non obstante benedictione sacerdotali, matrimonium nullum erit. Huc pertinet, 1) si ius matrimonium in eundi non habuit, qui de facto matrimonium per benedictionem init, vt pote si iam cum alia publica sponsalia celebravit, sacerdotalis, si priori & his non obstantibus, posteriora sponsalia nulla per noptias ius est & benedictionem sacerdotalem consummavit. Evidem QARPZ. quæsumus;

lib. II. Iurisprud. Confisi. d. 66. tantam vim benedictioni tribuit,  
 vt hoc posterius matrimonium inordinate contractum præfe-  
 rendum esse censeat, quod consummatio eius per benedictio-  
 nem ecclesiasticam perinde ac quondam per deductionem  
 sponsi fiat, in cuius locum hodie in orbe Christiano *benedictio*  
*sacerdotalis* coram facie ecclesia successit. Verum de hoc non  
 est concouersia, sed potius an tale de facto contractum matrimo-  
 nium vires habeat? Non quiuis consensus, non benedictio  
 constituit matrimonium, sed legitimus consensus, per bene-  
 dictiōnē publice & legitime declaratus, qua de causa ipsem  
 quoque in *praxi crimin.* qu. 67. n. 59. a se ipso dissensit. Interim  
 distinguendum esse iudico, vtrum, legitima proclamatione in-  
 terveniente, matrimonium posterius consummatum, an vero  
 illa omissa fuerit? Illo casu, si prior sponsa non interuenit, nec  
 in præfixo termino contradicet, præclusa est, quippe sub *pena*  
*præclusi* citata; posteriori vero transiundum merito in senten-  
 tiā B. STRYK. in tr. de *diff. spons.* Sect. IV. c. 2. §. 5. iudico,  
 cum duplex vitium hic adsit, tum omisso proclamationis, que,  
 mala fide & fraudulenter contractum esse matrimonium, indicat;  
 tum consensus illegitime interpositus, qui ob ius primæ spon-  
 sae quæstum interponi non potuit, adeoque benedictio ratum  
 sacre nequit, quod irritum in se fuit. Cui consequens est,  
 vt, priori sponsa ad consummationem agentē, matrimonium  
 de facto contractum nullum declarandum & sponsus sponsa pri-  
 vel si vis ori adjudicandus sit. Sic etiam (2) nullitas ex multis aliis cau-  
 sius in iusta emergere potest, quam benedictio rursus conualidare ne-  
 probetur; quit, vtpote si quis obtorto collo ad copulationem sacerdotal-  
 em, nulla obstante reclamatione, tractus fuit, si vel maxime au-  
 toritate Consistorii, illegitime & de facto procedentis, hac so-  
 lennitas fuerit peracta, quod notabili exemplo illustravit D.N.  
 PRAESES in *diff. de matrim. coacto* c. 2. Quamuis enim ad spon-  
 salia rite contracta consummanda refractarius cogi possit; *absolu-*  
*tuta* tamen *compulsio*, re adhuc integrâ, fieri nequit, ut plenius  
 vel si ali. cit. l. explicatum est. (3) Possunt etiam ex multis aliis cau-  
 siis unde nulli nullitates matrimonii nasci, quas collegit B. STRYK. in tr. de  
 dis-

*differens sponsi, scilicet V., vbi species etiam de nullitate matrimonii agit,  
quas species hic repeterem non vacat. (4) Nec verum matrimonium dicendum esse arbitror, quod in articulo mortis, vbi nula spes reconualecentiae supereft, contrahitur, licet vel maxime beneficio sacerdotalis interuenierit, quippe quae sole non constituit matrimonium, si cetera, quae ad coniugium necessaria sunt, deficiunt. Si spes liberorum & sanitatis recuperandae supereft, matrimonium recte contractum dicimus, licet vel maxime praeter spem & cogitationem agrotans mox decesserit, vid. Dn. COCCIVS diff. de matrim. moment. c. ult. Tandem vel in quibusdam locis inconveniens principi, vel alio superiore, de quo plura exempla adducit LAVNOIVS cit. l. p. 312, matrimonium contrahi nequit, nec contractum censetur per solam hierologiam, si principi gratiam contrahentibus facere recusat.*

§. XXXI. Sicuti vero (IV.) ideo principes in nostris ecclesiis hierologiam retinuerunt, & obseruandam esse constituerunt, vt de matrimonio rite contracto publice constet, & hunc in finem quoque *banna ecclesiastica*, vt vocantur, praecedere debent, quo in omnium notitiam instantes nuptiae veniant; ita *clandestinae copulationes*, sine prævia proclamatione & remotis faciane arbitris factæ, in fraudem legis & contra legislatorum voluntatem excoxitatae sunt, eo minus ponderis habituræ, si secundum rigorem procedendum esset. Hoc enim conciamatum est, principes, approbatu hoc medio declarandi publice consensum coniugalem, hoc unice intendisse, non ut sacerdotes matrimonium sua qualicunque autoritate vel quasi constituerent, quod saepius notatum est, sed ut, mediante eorum ministerio, contrahentes publice consensum matrimoniale ederent. Hoc non facto, matrimonium nullum esset dicendum, nisi principes illud postea legitimum esse per viam gratiæ declarauerint. Huc pertinent suo modo matrimonia, quæ vocantur *conscientiarum*, vulgo *mariages de conscience*, ex iuriis Canonico doctrina nata. Consultum suæ conscientiæ putant, qui clandestinum inierunt matrimonium, si modo clam adhibuerint paforem, ab eoque impertrauerint copulationis testimonium,

quam-

quamvis ante publicationem veri matrimonii effectus non habeat. ALEXANDER III. in c. 2. de clandest. despens. ansam huic praxi inordinate dedisse videtur, aiens: si matrimonia ita occulte contrahuntur, quod exinde legitima probatio non appareat, ii, qui ea contrahunt, ab ecclesia aliquatenus non sunt compellendi, scil. ad cohabitationem. Addit tamen: verum si persone contrahentium haec voluerint publicare, nisi rationabilis causa præpediat, ab ecclesia recipienda sunt & comprobanda tanquam a principio in ecclesia conspectu contracta: si qui autem de clandestino matrimonio, postmodum ab ecclesia comprabato & rato habito, generati fuerint, eos legitimos iudices filios & heredes. Duo affert pontifex fundamenta, ex quibus talia matrimonia occulta legitima iudicanda esse censer, (1) quod ea a principio in conspectu ecclesie contracta sint, vbi per vocem ecclesie clerum & locum intelligit cum pessima harum vocum depravatione. Si enim in conspectu cœtus fidelium, qui ecclesiam constituit, matrimonium foret contractum, publice, non occulte initium fuerit. (2) Quod post publicationem ab ecclesia comprobatum & habitum fuerit. Hoc rursus de clero suo intelligit pontifex, qui tale matrimonium legitimum esse iudicat, & ecclesiam matrimonium constituere dicit. Haec rationes evidenter ostendunt, questionem de legitimo matrimonio ultimo in iudicium cleri se resoluere & ex eius arbitrio dependere. Id vero a protestantium principiis & doctrina prorsus alienum est, vt sœpius iam monitum, qui magis ex prescripto legum a principe latarum, quam ex nudo cleri iudicio & comprobacione matrimonia legitima esse censer. Huius ergo, non cleri erit, tale matrimonium approbare, eique efficiaciam tribuere, quod reuera est illegitime & nulliter contractum, cum contra leges initium fuerit. Hac approbatione deficiente, secundum genuinam iuris rationem cohabitatio talis effectus juris habere non poterit. Quod autem vulgo inter protestantes eius ratio non habeatur, id ipsum unice incauto pruritui, ius canonicum vbique applicanti, tribuendum est, quod tamen non potest non fieri, tum cum summo principium præiudicio, quorum leges ita euertuntur, tum etiam cum status eccl-

ecclesiastici nostri detimento, qui ita ad hierarchiam Romanam attemperatur & componitur. Vt plurimum tamen tam inordinate matrimonium contrahentes pœna pecuniaria coercentur, quo ipso id, quod irritum contractum est, & secundum rigorem rescindendum, ad maiora scandala præcauenda approbatur, & hac ipsa pœna id ipsum compensatur, quod in ipsum matrimonium statuendum foret. Multo minus vero clandestina copulatio sacer dotalis effectus matrimonii habebit, si non matrimonii ineundi gratia, sed alia de causa impetrata fuerit, cum simulacrum nuptiæ non sint nuptiæ, l. 30. ff. derit. nupt. nec solum instrumentum absque nuptiis matrimonium prober. l. 13. C. de nupt. Eleganti hoc exemplo illustratur in *usu mod. STRYK.* ad tit. deriu. nupt. §. 29., quo copulatio sacerdotalis sicut tantum adhibita fuerat, ut imprægnata hac ipsa tantum instrumentum, quod vulgo einen Trau-Brief vocant, consequeretur, & hoc ipsi turpitudinem suam velare posset.

S. XXXII. Evidem ipsi principes in matrimonii ineundis eodem adhuc vtntur ritu inter se, si proclamationem excepis, quamvis ad hanc non videantur esse obstricti, cum libibus a se latissoluti sint. Multæ tamen rationes supersunt, quæ eos, ne hunc ritum omittant, inducunt. Nam (1) notum est, *Quatenus ipsi principes obligentur ad hanc solennia.* quod plerique adhuc principiis iuris canonici imbuti sint, secundum quæ matrimonia æstimant, adeoque facile contingere posset, vt liberis, extali matrimonio natis, postea ius succedendi in dubium vocaretur, tanquam ex illegitimo matrimonio natis, quale periculum quoque ipsi Augustæ imminere posset, si solenni ritu marito suo non esset coniuncta. Quo grauiores autem effectus ex huiusmodi matrimonii redundant, eo maiori circumspécione opus est. (2) Ad sunt plures leges publice in patu nati, quæ matrimonium secundum morem ecclesiasticum contractum desiderant, eique soli effectus veri matrimonii adscribunt, qui facile postea in dubium vocari possent, si hæc solennitas ecclesiastica omitteretur, præsertim cum suprema iudicia priscis iuribus tenaciter insistere soleant. (3) Vix quoque concubinatus a matrimonio legitimo discerni posset, si hæc solenni-

lennitas omittetur, qua hodie *matrimonium a concubinatu discernitur*. Ad minimum metuendum esset, ne postea tali matrimonio concubinatus species affingeretur. Nulla sunt grauiores contentiones, quam de principatibus & regnis, adeoque ad has præcauendas principes communi opinioni magis se accommodare, quam suo iure vti debent. Denique (4) vulgata est sententia, principes inter se vti iure priuatorum. Quæ quamvis hic non adeo commode applicari possit; ad minimum tamen insignem iuris prætextum præbet, facitque, ne principes hoc quoque ius, quo subditii interf se vtuntur, negligant, aut omittant. Breuiter: ius principibus hoc casu non resistit, sed ratio status præsentis, quæ minime admittit, vt copula sacerdotalis omitti queat.

§. XXXIII. Plurima adhuc superercent, quæ de proclamatione, eius natura effectibusque, cum etiam de benedictione eiusque specialibus iuribus afferri possent; verum cum iura proclamationis B. BORN, *diss. de tribus bannis ecclesiast.* & iura benedictionis sacerdotalis HOCHMANN, *sepe cit. trax. & PET. MULLER. de hierologia plenius iam excusserint;* mea autem intentio minime fuerit, iura solennium ecclesiasticorum in genere euoluendi, sed tantum iura principum protestantium potiora circa ea enucleandi, & rationem eorum genuinam, a pluribus depravatam, explicandi, omnino existimo, satis me fecisse meo officio, nec necesse fuisse, vt extra limites mihi præscriptos in ea excurrerem, quæ a proposito themate nimis remota & aliena visa fuerant.



Halle, Diss., 1718 Brü-gt



TA/OC




lennitas omittetur, qua hodie matrimonium a concubinatu differnitur. Ad minimum meruendum est, ne postea tali matrimonio concubinatus species affingeretur. Nullae sunt grauiores contentiones, quam de principiis & regnis, adeoque ad has precauendas principes communis opinioni magis se accommodare, quam suo iure ut debent. Denique(4) vulgata est sententia, principes inter se vi iure priuatorum. Quia quamvis hic non adeo commode applicari possit, ad minimum tamen insignem iuris praetextum prebeat, facitque, ne principes hoc quoque ius, quo subdit inter se vtuntur, negligant, aut omittant. Breuiter: ius principibus hoc casu non resiftit, sed ratio status presentis, qua minime admittit, ut copula sacerdotalis omitti queat.

§. XXXIII. Plurima adhuc supererunt, quæ de proclamatione, eius natura effectibusque, tum etiam de benedictione eiusque specialibus iuribus affterri possent; verum cum iura proclamacionis B. DORN. diff. de tribus bannis ecclesiast. & iura benedictionis sacerdotalis HOCHMANN. sepcit. irat. & PET. MULLER. de hierologio plenius iam excusserunt; mea autem intentio minime fuerit, iura solennium ecclesiasticorum in genere evoluendi, sed tantum iura principum protestantium potiora circa ea enucleandi, & rationem eorum genuinam, a pluribus depravatam, explicandi, omnino existimo, satis me fecisse in eo officio, nec necesse fuisse, ut extra limites mihi prescriptos in ea excurserem, quæ a proposito themate nimis remota & aliena vila fuerunt.

### ERRATA.

P. 2. lin. 15. lego agnoscet, ibid. l. 16. l. educetur. p. 4. l. 28. l. erant. p. 6. l. vlt. l. vilam. p. 8 l. 6. l. C. p. 14. l. 10. l. gener. p. 16. in marg. l. item. p. 23. l. 25. l. propinquia, ibid. lin. 29. l. matrimonio. p. 29. lin. 6. l. confidetas. p. 37. l. penult. l. annulstant. Reliqua B. L. corriget.



	8	7	6	5	4	3	2	1	0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19		
B.I.G.																														
Black																														
White																														
3/Color																														
Magenta																														
Red																														
Yellow																														
Cyan																														
Green																														
Blue																														

Farbkarte #13

NAVGVRALIS IVRIDICA,  
DE  
V R E 1718 96  
CIPVM  
STANTIVM  
CIRCA  
A MATRIMO-  
ELESIASTICA,  
QUAM  
A FRIDERICIANA  
INVLT  
ONSVLTORVM ORDINIS  
RAESIDE  
ENNING. BÖHMER,  
AES. POTENTISS. REGI PORVSS.  
PROFESS. IVRIS ORDIN.  
T. DECANO,  
LICENTIA  
OQVE IVRE CAPESSENDI  
IONORES  
DITORIO MAIORI  
H. L. C.  
AVG. A. MDCC XVIII.  
o examini subiicit  
JAMIN HARTZMANN,  
CKENW. MAGD.  
OC. IMMATR.  
MAGDEBURGICÆ,  
ANI HENCKELII, Acad. Typ.